

~~EX BIBLIOTH.~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-15.

SIGNAT. 6105 CCCXIII.

einzeln verzeichnet 4. III. 1915

Dissert. theol. Vol. 35

1. J  
2. v  
3. v  
4. g  
5. s  
6. v  
7. g  
8. g  
9. g  
10. g  
11. g  
12. g  
13. g  
14. g  
15. g  
16. g  
17. g  
18. g

M. IO. HERMANNI AB ELSWICH  
Ord. Phil. in Acad. Viteb. Asses. et S. Theol. Cand.

23

EPISTOLA  
APOLOGETICA

22

ad  
HENNING. BERNHARDVM VVITTERVM  
Pastorem Hildesiensem

In qua

OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ  
antehac editae

*A Criminationibus eius et Cauillationibus  
uindicantur.*



---

VITEMBERGAE  
APVD JO. LVDOV. MEISELIVM  
M DCC XIII.

M. 10 HENRICH. DE BEROLACH

HERSOGIA

APOLOGETICA

HENRICH. BRUNNENM. VALLERIUM

LEIPZIG. HENRICH.

OPSERVATIONE PHYSICOLOGICAE

LEIPZIG. HENRICH.

ACADEMIAE ET ORNAMENTA





Oli dubitare, Reverende Pastor, fore plerosque,  
qui Tuum illud scribendi genus, quo in me usus  
es nuper, haud dignum Tua existimabunt perso-  
na. Virum namque in titulo Te profiteris, di-  
minioribus admotum muniis, qui cum instar esse  
debet lenitatis, modestiae, et mansuetudinis, quod  
alii imitandum sibi proponant, non poterit sane  
non unusquisque demirari, tanta a Te profici-  
potuisse convitia, criminationes, dictiones, calu-  
tanias denique. Mihi quidem hoc quicquid est scriptio-  
nem bilem adeo non  
mouet, ut potius Tuas uices, et impotentiam, quam ubique misere prodis, ue-  
hementer dolcam. Quod si enim sermo animi est character, quod omni-  
um ore dicitur, Tu sane literis hisce, et mihi, et aliis, quibus uix solo no-  
mine notus antea eras, perfectam Tui ipsius imaginem exhibuisti. Tuam  
Wittere, teftor conscientiam! num ego tale quid commisferim, quod scripto,  
adeo uirulentio, uindicari debuerit? Sunt quidem, qui par pari referendum  
esse putant, nec Tu ipse ignorabis, quid duro nodo faciendum sit. Sed stu-  
dio ab istis me abstineo, et malo causae bonitate, quam conuictis et disteriis  
esse superior. Si Tu istis delecteris, fruere per me Tua indole, ego non  
repugno, si etiam plausta conuictiorum, et calumniarum, in posterum quo-  
que in me concesceris. Bene est, quod ex Tuo iudicio non omnes pen-  
deant, nec cordatus lector sententiae alicuius ueritatem, ex impotentis ad-  
uersarii criminationibus, aestimare soleat. Quid enim, ut aliqua saltem com-  
memorem, ad rem facit, quod Te annis sim inferior, ut *iuuenilem* mihi ob-  
ieceris *pruritum*? Num Tu istos inter sis computandus, qui bis solent esse  
pueri, ego quidem ignoro. Chartas tamen Tuas si contempler, parum abest,  
quin animo illud meo praecipiam. Ut enim nihil de eo dicam, quod pu-  
erorum sit annis decertare, uirorum sane, et qui iudicandi possent dex-  
teritate, minime omnium est, sibimet ipsis contradicere, sed in pueros il-  
lud cadit, qui dum plura deblaterant, quam quae intelligunt, sui saepe esse  
solent immemores. Vide tamen, et mirare, quomodo mihi cum aliis con-  
ueniat, annis me, forsan et Te, longe maioribus. Misera Exercitatio-  
nem meam Theologo, meritis in Ecclesiam, et senio, omnibus orthodoxiae  
amantissimis, uenerando. Et ecce is in literis, quas ad me pro sua huma-  
nitate dignatus est dare, in hunc modum respondit: *Quid de Wittero sen-  
tirem, iam cum in manus meas primum detiniret, dubius haes, nostraene,*  
*an Reformatae religioni esset adductus.* Quod hominum genus maiori  
uulgo sentiendi Licentiae adfuctum est. Recte utique iudicas, laudem  
illum ornem in defendendis singularibus opinionibus affectare. Quare  
nihil

## EPISTOLA APOLOGETICA

2

nibil *solidius* est. Sed nec magis curo, quando me *indoctum*, et *imperitum* nominas, forsan quod a Te, qui sumimum eruditio[n]is apicem iam consecutus Tibi uideris, dissentiam. Hoc enim, cum aliis, innouandi prurigine laborantibus, commune habes; ut praeter Te neminem sapere, existimes, et dissentientes aegro animo feras. Dum enim contra Vitringam quaedam monco, dignum me habes, in quem aliquid laudis conferas, sed dum Tuas, quas passim incrustas, hypotheses, ea, qua fieri potuit modestia, confuto, indoctus mox audio. Ceterum id Tibi persuasum habeas uolo, malle me a Te haber i[n]doctum, quam doctum, siquidem ille demum Tibi doctus esse uidetur, qui perinde, ut Tu, rebus innouandis studet, et summa illa nomina, Hardtium, Clericum, Spencerum, Marshamum, ex quibus sapis, aequali Tecum ueneratione prolequitur. Tandem quando me *falsosum* appellas *Magistrum*, Te ipsum modo excutias, etiam atque etiam rogo. Me plane ab hoc uitio immunem esse dixerint, quanto me penitus norunt, sed quanto Tu turgeas fastu, id Commentatio Tua loquitur, et quam inscribere mihi uoluisti, epistola. Quid enim? Dictatorem ubique agis, qui placita Tua non idoneis, pro eo, ac par est, argumentis adstruis, sed sub poena imperitiae, illi, qui contradicere ausit, imputande, obtrudere unicuique conaris, quin ferulas, tanquam Orbilius aliquis, passim crepas, sed quae mera sunt ex pelui fulgura. Nolo tamen concatenatos tuos labores morari amplius, sed quod rei caput est, nunc paulo pressius persequi, ut unusquisque intelligat, plurimum esse in Tua epistola, *uani clamoris, soliditatis parum, candoris tandem, qui Tuam maxime decebat personam, nihil.*

\* \* \* bold, not italicized

**V**T igitur primum breuiter ad ea respondeam, quae Te in prooemio, dissertatione praemisso, nimium quantum offendunt, male Te, ut video, habent, quae de innouandi pruritu allata sunt. *Inanes* uocas, et *parum appositas querelas*. Verum non puto fore quempiam, qui ea, quae scripsi, negaturus sit, nisi omnium sese rerum profiteri expertem uelit. Quod autem quae generatim tantum dicta erant, in Te transferre uoluisti, in eo mihi illis uidevis similis, qui cum uitium aliquod notatur, cui dediti sunt, semper existimare solent, de se quam maxime sermonem institui.

Quod stupendam Clerici, Hardtii, Spenceri, Marshami, *ueneris erudititionem*, ego nec Tibi, nec ipsis, qui laudi sibi ducent, a tam eximio viro laudari, inuideo. Utinam illorum uestigia aliquando maiori prudentia legisses, uel plane euitasses, ubi uel pede, haud recto, incedunt, et hypotheses incrustant, nostris quidem Theologis huic inauditas, uel dicta, ex quibus thesius desumi probationes solent, eleuant. Quod ipsum non semper a Te factum fuisse, ex iis, quae ad Gen. VI.5. commentatus es, ad oculum patet. Hunc enim

## AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM. 3

enim locum cum Clerico, cuius sublestae de P. O. hypotheses ex Epistolis Lib-  
erii de S. Amore, notae sunt, per auxesin interpretaris, de summa deprava-  
tione, aut proterua hominum, iis temporibus uiuentium. Atque hoc ipsum  
est, quod sibi uolunt uerba, quando Te ubique *illorum uestigiis infissere* dixi,  
in quibus neutquam Te *suspectum*, aut *depexum reddere* uolui, sed animus  
tantum fuit, fontes aperire, ex quibus placita, quae paulo post noto, maximam  
partem profluerunt. Sed, inquis, te argumentorum pondere satis onussum  
ubius incessisse, adeoque tantum ad illos prouocasse, quotiescumque, uel  
pro confirmando, uel locupletando arguento allegari uidebantur. Haec  
quidem rectius confutari nequeunt, quam ipsa Commentationis Tuac extem-  
poralis, ut ipse nominas, inspectione. Verborum quidem satis ubi-  
que deprehenditur, sed *ponderis*, quod omnes mecum fatebuntur, qui  
Tui non sunt assentatores, parum! Et quanto, quae se, argumentorum pon-  
dere, in hac epistola onustus incedis! Inspice modo ipse Commentationem, et  
deprehendes, argumenta, quae affers, ex aliis passim compilata, nonnunquam  
onus probandi (forsan quod iam nimium quantum onustus eras) in alios  
deuolui, non raro tandem, tam feliciter eos describi, ut religioni Tibi du-  
xeris, ad stupendam illorum, quam ueneraris, eruditionem, aliquid addere.  
Quare si unusquisque, quod suum est, repeteret, uereor, ne, qui paulo ante  
te alienis plumis, argumentorum scilicet! pondere, onustus, incedebas; nunc  
ad instar corniculae istius Aesopicae, nudus incedere, cogaris. Quid  
enim existimas, quam grauiter heroes illi laturi sint, quod omissis illorum  
nominibus, ea, quae ex penu stupendae suae eruditionis depromserem, Tibi,  
doctissime Wittere, vindicaueris? Et quid mirum, quod eadem confisi,  
tam insolenter te geras, et cum singulari quadam Perhorrescentia iudicem  
arbitrumque declines, in literatura hebraea, et reliqua Orientali (cuius  
tamen rara in Commentatione Tua extemporalis dantur uestigia) non se-  
cūs, et in Physica Scientia, idiotam. Haec uerba merito adduxi, ut lector  
iudicaret, quantam de Temet ipso, mente conceperis opinionem, et quid  
ipsi sperandum sit, si quis Tua asserta sub examen auderet reuocare. Nem-  
pe cum ea pro infallibiliter ueris habeas, ideoque in Postillas, quas nominas,  
et Compendia, in quibus forsitan contraria docentur, inueharis, quid dissentient  
ens aliter, quam idiotae nomen, et appellationem exspectare a' Te potuit?  
Dic igitur, Wittere reuerende, si *avijaderav* hic non deprehendas, quid Tibi  
*avijaderas* nomine ueniat? Respuisse ideo, quod aliis maximam Com-  
mentationis Tuac partem debes? Hoc si mihi innotuisset, crede mihi, li-  
benter hunc textum transiſſem, quem *citra atram bilem*, quod Tibi persua-  
deas, legi, iuxta et descripsi, ut Te, qui Philosophus esse satagis, iactantiae  
conuincerem. Utinam ergo locum illum omisſes, quo Philosophus  
manisſes! Ego facile talis monebo, quicquid sit de *crassifima*, quam mihi

## EPISTOLA APOLOGETICA.

4. exprobras, ignorantia astrononica. De qua infra dicendi erit lec-

cus.  
Tandem ad rem ipsam Te conuertis, et hypotheses, quas in fidei analogiam iniurias me dixisse perhibes, ab impacto hoc crimine vindicare, quantum in Te est, conatis. Ast hic parum candide tecum agis, ignoscere uerbo. Etenim et si adhuc in ea persistam opinione, dari in Commentatione Tua istiusmodi hypotheses, minime tamen omnium omnes, quas excitauit, ad hanc referre classem uoluui. Nam ubi speciatim, quid in Commentatione tua desiderem, expono, non tantum mentionem facio hypothesis in fidei analogiam iniuriarum, sed id etiam noto, quod receptas Theologorum nostrae ecclesiae sententias, et expositiones deserfas. Dein uero, ubi haec omnia enumero, ea generatim praemitto, plurima in Commentatione reperiiri, quae obelum omnino merentur. Non autem, credo, irodvavu<sup>u</sup>vta Tibi fore, obelum mereri, et in fidei analogiam esse iniurium. Illud sane latius patet, quandoquidem omne quidem, quod in fidei analogiam iniurium est, obelum meretur, non tamen omne, quod obelum meretur, statim in fidei analogiam est iniurium. Etenim non negabis, expositiones Tuas ueritati esse consentaneas, eamque obcausam, omnes, quae illis sunt contrariae, obelum mereri; ast num illas in fidei analogiam iniurias dixeris, ipse Te cum perpendas, uelim. Ex quibus nunc facilissimum erit prudenti lectori indicatu, qua fide in epistola tua uersatus sis. Illos imitaris, qui dum causae suae dissidunt, summa iniuria miscent, et aduersariorum dicta peruerse afferunt, ut illis primum in *anagoras* suspicionem adductis, malae causa color aliquis indicatur. Potuisse igitur, imo et debuisse, si condor Tibi fuisset cordi, qua primam hypothesis, de lingua primaeva, ab his Te abstinere quaestuculis: quodnam Symbolum, quodnam Concilium, quae nam Confessio conjecturas has Philologicas declarauit haereticas, aut atro saltem carbone notauit? Mirum caput ostende uel literulam, in qua sententiam hanc pro haeretica declarauit? Interim dum me hic imperitiae postulas, ipse prodis iudicii *apposicav*. Quid enim? num illa demum sententia est haeretica, quam Symbolum, Concilium, aut Confessio talem declarauit? Negro, Domine Pastor, et omnes negabunt, qui haereseos indolem callent. Quicquid tamen horum sit, id saltem affirmo, esse hanc sententiam non uno nomine scandalosam, dum non obscure Scripturae diuiniori refragatur, Moysis in enarranda historia *anagoras* lacessit, Tibique ipsi ansam dedit, a Scripturae litera, eademque apertissima, recedendi, et sententias non uno nomine detestandas, incrustandi. Sed progrediamur ad alteram hypothesis, qua statuis, primum caput *Genesios*, ab alio esse conjectum, Mosenque ex monumentis *anagoras* adoratois, et orali traditione propagatis, DEO adiungulante, Pentateuchum collegisse. Remisi haec fatior, ad Theologos, non,

## AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM.

ut arbitraris, ex ignorantia rerum Theologicarum, quas ad pedes Summorum Virorum, Werrisdorffii, Fechtii, Fortschii, edocrum me esse gratus agnoscō; sed quod in Cathedra Philosophica non permittitur cōtrouerſus se immiscere, ad disciplinam sacratorem pertinentibus. Tu tamen, qua es inferiendi promptitudine, informatione me Tua dignari uoluisti. Magnum sane beneficium, pro quo mineral soluerem, nūl Comici illud experirer: *Bene respondisti multo nunc sum incertior, quam antea.* Etenim nō eo quāeritur: An istis temporibus exstiterint monumenta aliqua *ναζαραγάδετοι*? Sed: an ex ipsis monumentis suam Moses historiam consignauerit? Hoc est quod nego, et cum uera *Georiusius* īdole conciliare nequeo, quippe quae suggestionem dicit, et rerum, iuxta et uerborum, cōtempore singulorum. Nam eti Moysi plurima erant nota, ignorabat tamen, quo scriptioſis formalī, literis ea erant consignanda, ideoque Pentateuchus non erat deriuandus ex monumentis illis *ναζαραγάδετοι*, sed ex immediata Dei *Georiusius*, quam Te non eo, quo decet, modo admittere, indicio sunt uerba illa, quibus Pentateuchum, *D E O* tantum admiculante, aut quod p. 23. profiteris, *Deo manuducente*, consecutum esse pronunciās. Quim autem quilibet uerborum suorum optimus solet esse interpres, nemo nos melius. Temet ipso, uerborum tuorum sensum edocebit. Hunc euolus ipse, in epistola p. 4. *Latent, inquis, abduc multa densissimis tenebris inuoluta, quae sequiturum aezum, Deo adminiculante, et prouido, in uulgus propalabit.* Quid hic, Pastor Theologe, sibi uolunt uerba, *Deo* adminiculante. An immediatam dicunt *Georiusius*. Num forsitan meliora speranda sunt tempora, et in his seculum maioris, sed immediatas reuelationis? Non credo hanc Tuam esse sententiam, aut Te cum Fanaticis immediatos adhuc expectare Prophetas. Ut igitur, quod sentio, libere dicam, aut Tu ueram rationem immediatas inspirationis ignorasti, aut cum illis facis, qui *Georiusius* per meram tantum assistentiam describere sentent. Vtrum eligas, mihi perinde est. Si illud, perpende quaeſo, quam turpe sit Magistro, rem, quam ipse ignorat, alios edocere uelle, si hoc satiſ me conſeciffe arbitror, esse hic aliquid a Te commiſſum, quod fidei analogiam laedit. Disce nūc imposterum cautius mercari, ne a discipulo, quem informandum Tibi sumis, misere uapules.

Quae quarto loco commemorantur sententiae, de nomine *אֱלֹהִים* nec non *אֱלֹהִים אֱלֹהִים* illae infra redibunt. De *aquis supra coeleſtibus*, ita sentio: Nemini quidem haec eos scribendam esse dicam, qui de nubibus interpretatur, interim tamen nec illos exagitandos esse, qui istiusmodi aquas admittunt. Nam si utraq[ue] sententia, sepositis, quae ex natura defumuntur, rationib[us], ex uocum Mosaicarum proprietate aestimetur, negati sane nequit, aquas supra coeleſtes, multo rectius admitti, quam reiici.

Vnde

Vnde et acutissimus. I. A. Osiander P. II. Coll. Syst. Loc. III. Thes. XXVIII. p. 91. Probabile est, inquit, non dari aquas supra coelestes, Probabilius autem, dari tales, et secundo die ad extrema coeli esse eleuatas. Super sedere ergo, Reuerende uir, debebas istis dicteriori, de ridicula Scholastico rum ueneratione, de imperita scholasticorum turba. Nam non Te, opinior, fugiet, quod iam ante Scholasticos, Iudaei, et primitiuae ecclesiae Patres, post Scholasticos autem nostrates Theologi, si paucos exceperis, ferme omnes, easdem admiserint. Nonne ergo aequum erat, iudicium paulo modestius expromere? Accedit, Temet ipsum uim argumenti, quod ex Gen. I. 7. defumi, pro adstruendis istis aquis, solet, uix aliter elidere potuisse, quam per receptam Cartesianis sententiam, de scriptura, ad erro neum uulgi captum, et apparentiam loquente. *Moses*, ita se habent uerba Tua, in Comment. p. 48. secundum apparentiam rerum creatarum genesis enarrat. *Cui si propositum fuisset, non solum rerum, prout eam cernimus, originem nobis declarare, sed et praeterea totius orbis consummatissimam physicam pandere, aliis omnino opus fuisset uerbis.* Satis, me hercle! pro im perio.

Quid autem causae est, Wittere, cur impiam hanc Cartesianorum sentiam, quam in Tua Commentatione notaui, silentio praetermisceris? Num forsan nunc eius te pudet? utinam id ita se haberet! et Tu publice eam retractasses, quia illa hypothesis Theologo Lutherano est perquam indigna. Sed alia mihi subesse uidetur ratio, scilicet ne lector animaduertat, me uerum dixisse, quando hypothesis Te incusaui, in fidei analogiam iniuriarum. Itane Tuum lectori candorem approbare studes? Ne uero decsset exemplum, quo re ipsa hanc a Te foueri hypothesis comprobarem, haec subiiciebam, eamque ob causam lunam, eti, quae eius est opinio, proprio desitruatur lumine, luminare dici exigitur. Hic Te reperiisse putas, non quod pueri in faba, et συμπαχων ingemiscis, densissimam meam ignorantiam astronomicam animaduertens, ex qua te haereseos postulare uolui. Quis non uidet omnem hic Te deposituisse frontem? Quis Te haereseos postulauit, quod lunam proprio desitui lumine existimes? Adduco saltem argumentum, quo inductus ita de Scriptura sentire uoluisti, et consulto isto utor temperamento, quia de eo nondum inter omnes conuenit. De Anaximandro, conceptis illud uerbis affirmat Plutarchus. Num autem illi crassissima quedam in astronomicis ignorantia tribui possit, id forsan cuiquam ideo dubium uidebitur, quod non ipse modo in res illas summa contentiones incubuit, sed et Thaletem habuit Praeceptorem, Ἰόν περὶ τὸν τῶν οἰστῶν λόγον, καὶ τὴν Σητηνίαν ἀγελθέντα, adeo ut etiam Graecis primus extiterit huius disciplinae autor, uti habetur in Philosoph. Origenianis Cap. I. p. m. 24. Ex recentioribus ipse Hottingerum excitaſti, cui addendi sunt Aug. Varenius,

AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM.

nitis, in Decad. Mosaicis, in Genes. p. 67. Calouius T. III. Syst. p. 956. I. A. Osiander in Collegio Syst. P. II. p. 118. et Colleg. Phys. p. 203. seqq. nec non Pfeifferus, cuius in Hermeneut. Sacr. p. 477. haec sunt uerba: *Lunam omni prorsus carere lumine innato, simo esse corpus terraqueum, telluri simile, Sacra Scriptura non admittit.*

Quod *Puncta uocalia* concernit, ad alios Te recipis, a quibus illorum nouitatem tanta argumentorum farragine adstriccam esse putas, ut Tuam in hac partem propensionem uituperare prorsus inconsultum sit. Sed nec ignorabis, quanto argumentorum pondere his obuiam iuerint alii, qui sibi, neque id immerito, persuadent, absque istis punctis, nimium Scripturae certitudinem periclitari. Nemo enim adeo rerum ignarus est hebraicarum, qui ignorat, uoces hebraicas, pro diuersitate punctorum, diuersas saepe sustinere significationes, ut nix aliquis hoc nostro tempore eorum Geonuestris in dubium uocari, nisi qui prurigine laborasse deprehensus est, res omnes innouandi, aut Scripturae auctoritatem eo melius concidendi.

*Kεσωδηγιαν* hominibus, qui dilunio sunt priores, non fuisse ignotam, multa persuadent, in quibus exponendis ferias nobis fecit Ioh. Henr. Heideggerus, cui acris ea de re lis cum Curcellaeo fuit. Non ita pridem Harduinum, idem negantem, notauit V. C. Corn. Dict. Koch in Strict. Theolog. p. 7. Nec minus id certum est de *Sabbatho*, quod Deum, finito creationis opere, instituisse, aperta Sacrae Scripturae litera, clare, luculenterque, loquitur. Prolepsis, quam nonnulli hic fingunt, non magis obtinet, in commemoratione Sabbathi, quam quietis diuinae, siquidem utraque una orationis serie narratur, absque ullo anticipationis cuiusdam indicio. Sed quum hoc Tibi placuerit silentio praetermittere, paucis tantum ad id respondeo, quando me mendacii postulas, quod *nihil moralis in doctrina Sabbatbi a Te admitti* dixerim. Ablegas me ad *Commentationem ipsam*, Teque *Fechtii* tueris auctoritatem, *Viri citra controversiam orthodoxi*. Sed in *Commentatione in Sabbatharios*, quos nominas, inuheris, atque illorum argumento, quo ex Decalogo euincere solet, habere Sabbathum MORALEM, quod est, uniuersalem legem, omnes homines, omni tempore obligantem, opponis *acutissimi Spenceri* rationes, in quibus etiam illa appareat, quod *praeceptum tertium NB. nihil morale continet, sed ceremoniale sit, et temporarium*. Fechtius, cuius canitiem ueneror, merito Theologus dicitur citra controversiam orthodoxus. Utinam idem Tibi esset, qui Fechtio, in orthoxiam animus. Multa ipse litura in Commentatione obduceres.

*Accusat* porro *stuporem meum*, quod grandis illum criminis haud erubet accusare, qui ueram nominis *tertarycaputis* lectionem *LAHOVIT* esse practendit. Verum caue, ne, qui me *stuporis* arguis, levitatis Te obstringas crimine. Non dicam de diuina prouidentia, quae ueram huius

## EPISTOLA APOLOGETICA.

nominis lectionem non passura fuisse interire, siquidem illud memoriale esse debebat, quo DEVS, tanquam nomine, Grammatice proprio, appellari, et ab aliis discerni uolebat. Sane si ne illud quidem nomen ueris suis purgatis instruxerint Masorothae, loquor ex sententia Tua, quid in reliquis tribuendum istis sit? nemo non uidet. Verbo, Scripturam habebimus depravatam, in quam pro lubitu Κέρων suam exercere, Capellus, Simonius, Clericus, et alii possunt. Idque eo magis indignari unumquemque decet, quod ne idonea quidem ratione Capellus, quem hic sequeris, instructus sit, ad communem nominis IEHOVAH lectionem profigandam. Prouocat is ad Gentilium IAVO, unde potius Turnerus aliquando euincere uolebat, uerum nomen τεταγχάματος esse ΙΑΒΩΝ, quod ille, contra linguae genium, uolebat pronunciare EHIOH. Ast, quaeſo Te, quam dilutum hoc est. Steph. Morinus, in Dissert. Octo p. 172. putat, Iao ex ΙΑΒΩ formatum esse, aspiratione in extremitate uocis, græcis auribus insolita, in ω tranſeunte, quam sententiam alii quoque, iudeumque non infimae notae Philologi, amplectuntur. Quid? quod non desint, qui gentilium Iao nihil plane commercium cum nomine τεταγχάματος habere iudicant. Sed liberalis ero, Tibique largiar, non esse diuersa nomina, id tantum ex Te quaero, an gentiles normam præbeant, unde uera uocum hebraicarum pronunciatio petenda sit? Non ignorabis, credo, quam ſaepē illi uoces, alia non modo terminatione, sed et uocalibus donarint. Ut adeo fruſtra, non diffidente id ipſomet Iac. Gouſſetio, in Comment. L. E. p. 206. aliqua ab iis ἀνθεῖαι speretur. Accedit, quod ipsum hoc nomen, ne una quidem ab omnibus ratione pronunciatum sit. Sanchoniation enim, quem ipſe laudas, dixit ΙΕΤΩ. Et apud Clementem Alexandrinum L. V. Stromi legitur Iao, ex editione Sylburgii, p. 562. Interea pro Masorethis militant omnia illa nomina, quae ex ΙΑΒΩΝ sunt composita. Quod si enim ΙΑΒΩΝ pronunciatum est IAVO, qui fit, quod uocem ΙΑΒΩΝ extulerint per Ιωσαφατ, ut uel ex N. T. Matth. I. 8. ad oculum patet.

De arbore uite, et ſcientiae boni et mali, non formas quaſtionem, uti ex Tua ſententia, quam in Commentatione proposuisti, formanda erat. Non enim id in quaſtionem uenit: An arbor uite poſſit nominari uitialis, et ſalutifera, et quae contrariae uirtutis eſt, pernicioſa? Nam ſi uolum et effectum conſideres, quem comeſtio infelix de arbore uetita poſſe reliquit, non repugnamus, quo minus illa poſſit nominari ſalutifera, et uitialis, haec uero, ſed, per accidens tantum, pernicioſa. In eo uersatur caro quaſtionis. (I.) An in primæua creatione quaedam arbores creatæ fuſt ſalutares, et medicatæ, quae arboris uite ueniunt nomine; aliae injutiales et pernicioſae, mortem homini contrahentes, non ex transgreſione legis, ſed ex natura? Tu quidem nullus es manu, que alien utriſque

AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM.

que virtutem affignauerit. Quod quidem non miror, siquidem Tui saepe  
ipius es immemor. Etenim si in eo omnes Tecum consentiantur, cur pleros-  
que in hoc arguento Exegetarum commentarios, nihil omnino solidi com-  
plecti, p. 101. Comment. iudicas. Num forsan Clericus, qui in Comment.  
ad hunc locum p. 20. non alienus ab hac esse uidetur opinione, Tibi in-  
star omnium est? (II.) Illud quoque in quaestione venit, *An arbor ui-  
tae hieroglyphice designatur accreatam felicitatem, et eximia dona; arbor  
aero insularis, et novia, lapsum deplorandum?* Qaa in re mirifice  
Tibi places, sed simul etiam prodis, ex eorum Te esse numero, qui offendit  
Scripturæ simplicitatem, sublimes quaerunt sensus. Inde namque, qui hie-  
roglyphicam interpretandi rationem inuenit, *saniore*, imo *diuiniore* Tibi  
mente praediti dicuntur. Ast apage saniorem illam atque diuinotem men-  
tam! Nam ( $\alpha$ ) per illa hieroglyphica, quae fingis, sensus literalis con-  
culcatur, et uerba misere detorquentur, quod eo minus hic admittendu-  
m est, ubi historicum Moses agit, et res ab initio mundi gestas, stylo  
historico, qui uocari in primis proprietatem amat, describit. Quod si in  
rebus historicis, istiusmodi indulserimus rationibus, quid non bone DEVS!  
de aliis fiet. Sic sane nihil impedit, quo minus Scripturam, ad morem  
Pontificiorum, cereum dicamus natum. Spencerus tantum hieroglyphica  
ad leges, ritus, et ceremonias, accommodabat. Tu nunc ulterius progrede-  
ris, et per eadem clariſſimas etiam historias, ita obscuras reddis, ut nisi Tu  
Oedipus accedas, plerique omnes, in illis exponendis, Daui futuri sint. ( $\beta$ )  
Res significata semper praefantior est signo, et nucleus cortice. Quod si igi-  
tur haec interpretandi ratio obtinet, DEVS signum modo, et corticem pro-  
positum, nucleus autem, et rem significatam solius hominis ingenio reliquit.  
Haeccone est Scripturæ certitudo? nonne ita *ιδιας* fit *ἐπιλύσεις*? ( $\gamma$ )  
quis crederet, Deum gentilium imitatum fuisse consuetudinem, qui, ut re-  
bus suis maiestatem aliquam conciliarent, hieroglyphicis istis usi sunt?  
Videbant enim a DEO, nihil, nisi quod sublimitatem spirat, posse profici;  
quare, dum illa sublimitas sacræ, a depravata potissimum ratione excogi-  
tatis, decesset, ita rudi plebeculae imponere uoluerunt. Quid? quod ideo  
creberim illa ad huberint, ne praecepta quasi uilescerent, et propalarentur.  
Exemplo sunt Pythagoras, et alii. ( $\delta$ ) Vide quam insigniter Tuae hiero-  
glyphicæ interpretationi cum fidei analogia conueniat? Dicis, arborem ui-  
tae esse hieroglyphicum *accreatæ felicitatis, et eximiorum donorum*, Quod  
ita se habeat, Deus sane, post lapsum, ab usu huius arboris, protoplastos  
per angelum arcens, noluit in istis reparari felicitatem illam, et exima dona,  
quod quam contrarium sit Scripturæ, uel tyro rerum Theologicarum,  
facile iudicauerit.

*Exclamationem meam græcam non est, quod aegre feras. Suspicandi*

## EPISTOLA APOLOGETICA

occasionem ipse mihi praebuisti. Etenim quando probandum Tibi sumis Gen. III. 17. per **תְּמִתָּה** mortem tantum intelligendam esse naturalem, rationis loco mones: *pleraque Pentateuchi decreta, uitae temporalis felicitates enarrare.* At per honorem, et affectatam Tuam **אַרְגְּזֵבֶת**, quae mihi imposuit, *praetendo, nexum modo ostendas, et consecutionem.* Quid si quis diceret: Plerique Commentatores nihil solidi fattulerunt. Wittetus est commentator. Ergo nihil solidi attulit. Nec propositionem primam negabis, nec subsumptionem. Sed quid fiet de conclusione? Existimauerim, Te dignum hoc qualecunque argumentum habiturum esse ferula, et ita inferentem ad tyronum, qui in Logicam incumbunt, remissurum esse subsellia. Ast num aliter Tua se habet argumentatio? Quare dum animo praecipere non potui, fore, ut tam pueriliter in regulas bonaे consecutionis, impingeres, ita, sed quam modeste, ipse uide, scripsi: **ὑπελόγιτη** illa pariter assertio fouere uidetur, qua p. 100. *pleraque Pentateuchi decreta uitae temporalis felicitatem enarrare automat.* Doleo igitur, atque iterum, iterumque doleo, meam me fefellisse de Tua accurratione opinionem. Spero tamen, quin confido, fore, ut uel eam ob causam hunc mihi errorem condonaturus sis.

Quod ad sententiam, qua locum Gen. II. 19. *de arcessendo thori consortio,* interpretari, id saltem in memoriam Tibi reuoco, quae Helmstadii quondam, occasione illius, acta sunt. Non enim, opinor, Te fugiet, quantas illi Academiae primus auctor, aut, si maius, propalator, poenas dederit. Fundari quidem *eam* putas *evidenter* in *sacra phras*, siquidem, quod in Comment. p. 104. propteris **נְרֵב** cum **וְ** confructum aduocandi, ac arcessendi significatum pene continuum obtinet. Ast in eo nimis mihi liberalis esse uideris. Sane sub initium Geneseos quinques cum **וְ** construitur, ubi non nisi nominandi, sive *appellandi*, significatio obtinet. Eadem in rem uideri poterit, Gen. XXXV. 7. Num. XIII. 17. Sed demus, quod negari nequit, uocem **נְרֵב** in illa constructione significatum, quem dicis, habere, certe in Scripturae expozitione non uidendum est, quem phrasis sensum habere possit, et non nunquam quibusdam in locis etiam habeat; sed qualem, si antecedentia cum consequentibus componantur, habere debeat. Etenim quamvis omnino ille sensus uerus esse nequeat, quem phrasis, aut Idiotismus respuit, non tamen ille semper dicendus est uerus, cui cum idiotismo conuenit, siquidem phrases non uno semper modo in Scriptura occurunt. Iam animum paulisper ab innouandi studio reuoca, et quam difficillima futura sit commatis 19. et 20. **אַרְגְּזֵבֶת**, nullo negotio ipse uidebis. Quis enim non uidet, comma 19. decretum quasi continere, cuius executionem com. 20. exhibet? Reliqua mitto, quae ab aliis fusius explicata memini.

De

AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM. II

De serpente seduclore recens multa disceptata sunt, inter eruditos, ita tamen, ut saepel nodum in scirpo querere videantur. Quid autem de hieroglyphico dicendi genere, quod hic pariter obtinere putas, sentendum sit, ex superioribus facile liquet. Nolo in confutandis exceptiunculis Tuis bonas horas perdere, sed ablego Te tantum ad doctissimam Sylvestri Tappenii dissertationem, de *Semine Mulieris caput serpentis Contrituro*, ex qua tota de re informari, si ita lubet, poteris.

Primum protoplastorum peccatum superbiam dicis. Teque ideo notari arbitris, quod secus in Compendio meo positivo legerim. Ita est, aliter legi. Nec Tu forsitan aliud sentires, si modo grauiori cura compendium aliquod positivum perlustrasses unquam. Illa namque grauiter saepe sui contemnum vindicant. Quod ipsum sane Tu etiam damno expertus es, dum infra, uel tyronibus Theologiae exibilandum Te dabis, adeo ignoranter, et, prope dixerim, pueriliter, de appropriatione operum dixinorum sentis. Interim, quamvis certum sit, primum Protoplastorum peccatum, si complexe sumatur, in *superbia* constitisse, primum tamen peccati illius *actum* (nam plures in se continet) insidieitate fuisse commissum, nostrates cum Lutherò, quem Bellarminus oppugnare ausus est, existimarent.

Lusus uerborum Rhetoricos, absit a me ut dannem, quippe quos Paronomias exempla, Glasfio collecta, satis adstruunt. id tantum desidero, quod *ambiguitate* uocis Mosen ludere scribas. Quae uox, si candide mecum agere uoluisses, Tibi non erat omittenda. *Ambiguitate* uocum autem Scripturam ludere, uix aliquis dixerit Theologus, qui considerare omnia perscribit. Noti namque sunt illi, qui *ambiguitatis* Scripturam incusant. Quare ne videamur uel frigidam istis suffundere, uel arma etiam suppeditare, eius, qui considerare scribit, omnino est, hosce loquendi modos, omni, quo potest, studio refugere, et reformatire. Accedit, quod omnis *ambiguitas* facile tollatur, si modo ad puncta uocalia uocis illius, cuius *ambiguitate* Mosen ludere dicis, animum aduertas. Sed *inanes bas suppetias*, quas plebs tantum eruditorum admittit, Tu forsitan non curas, qui cum eruditioribus, nimurum! facere soles.

Hoc tamen non miror, miror autem, et *ovum dogmaz* ingemisco, qn od sententiam illam, qua homines primacui ex nullo speciali DEI mandato, sed solius rationis dictamine sacrificasse dicuntur, innoxiam nomines. Leydeckerus, de Rep. Hebr. L. I. c. II. p. 10. Spencerianam hanc hypothesisin Pelagianam dicit, quae Reformatum Theologum haud deceat. Tene igitur, qui inter Pontificios uiuis, ita sentire par est? Nonne ita ἡθελοθηγονεία illorum confirms, et nostrarium argumenta, quibus proscribere eam solent, subruis? Anne ignoras quantum inde robur pro adstruendo sacrificio suo Missatico petant? Etenim si sacrificia sunt iuris naturae, non minus sunt

## EPISTOLA APOLOGETICA

immutabilia, quam ipsum illud, unde petuntur ius. Quid igitur ita de Ecclesia nostra, in qua sacrificia, proprie talia, non amplius habemus, fiet? Putas εθελοθεντος oblatæ illæ fuisse, sed cum nihilominus, per fidem illæ Deo placuisse, scribis, aut dorisata loqueris, aut fidem alio, quam fieri apud Lutheranos solet, sensu accipis. Fides includit, notitiam, assensum, et fiduciam. Iam ergo dicas, uelim, unde habuerint illam notitiam, de sacrificiis Deo exhibendis? Si dicas a Deo, non fuit εθελοθεντος, si ex dictamine rationis, dicas porro, an fuerint ex dictamine rationis rectæ? an corruptæ? item, an illa notitia fuerit absque fiducia? an cum fiducia? si fuit ex dictamine rationis corruptæ, et absque fiducia, ergo non ratio tantum corrupta, quæ tamen Deus est inimica, cultum inuenire, Deo gratum, potest, sed et homo absque fiducia, quæ tamen anima quasi fidei est, Deo placet. Si sunt ex dictamine rationis rectæ, obiective, ratione principiorum insitorum, consideratae, imo cum fiducia coniunctæ, ergo adhuc offerenda Deo sunt sacrificia, et fiducia non tantum erit naturalis, sed et legalis, quia totum ius naturæ ad legem, non uero Euangeliū pertinet. Atque sic salus est ex lege, quod tamen conceptis uerbis Apostolus insiciatur. Rom. III. 20. 28. Gal. V. 4. Vides tantum abesse, ut haec sententia innoxia dici possit, ut potius, illa salua, uel in Pontificiorum, uel Naturalistarum abeundum Tibi sit castra. Et dicas, quoſo, quid causæ habeant Socinianiani, quamobrem sacrificia ex lumine naturæ repetere uoluerint? Nonne ut uitutem typicam illis denegent? Cur autem hanc negant, nisi ut Satisfactionem Christi eo melius infringere, et omnia in Mosaicis scriptis ad temporalia accommodare possint? Ut adeo, uel ex hac ratione, facile intelligas, quare graeca illa, quam supra carpebas, exclamatione, usus sim. Sed nuspia ita instas, mandatum illud commemoratum est. Quasi uero non, ut cum Augustino loquar, ex iis, quæ legimus, etiam aliqua, quæ non legimus, colligamus. Largior Tibi, qua literam, non legimus, homines illorum temporum mandatum de sacrificiis acceperis, impliçite tamen non pauca illius mandati uestigia habemus, uti ex superioribus liquet. Et quis a silentio Scripturae in rebus historicis validum unquam duxit argumentum? Sacra Scriptura nuspia dicit, primum caput Genesios ab alio, quam quidem Mose, profecta esse, et Tu tamen, ex tot rationibus grauiſſimis (si Dis placet!) illud credis. Nuspia legimus, Mosen ex mandato diuino conscripsisse Genesim, nemo tamen illud negauerit, nisi quis cum Pontificiis statuerit, scriptores sacros mere occasionaliter scripsisse. Sufficit, sanctissimos illos viros nihil temere, et proprio ausu in rebus, religionem concernentibus, fecisse, ex quibus, saltem a posteriori, de mandato diuino, ipsis quondam dato, certi esse possumus. Verum quare haec apud Te peroro, quine in illis quidem, quae scri-

AD HENNING. BERNHARD. WITTERVM. 13

Scriptura uerbis luculentis resert, Tibi religioni ducis, aliter sentire? Quid clarius proponi potuit, *Uniuersali illo diluvio?* Cap. IV. Gen. com. 17. minatur Deus, se per diluvium, quod in terram erat immissurus, *omnem* perditurum esse *carnem*, in qua Spiritus uiuens sub *coelo*, et *omne*, quod in terra respirat. Cap. VII. 2. iubetur Noah secum in arcam recipere, de auibus, ad sobolem in *uniuersa* NB. *terra* conseruandam. Quod et factum est v. 15. Aquae ita inauerunt, ut *omnes* montes alti, qui sub *toto coelo*, aquis sint operti v. 17. Atque sic *omnia*, praeterquam quae cum Noacho in arca fuerant, deleta sunt, atque extincta. v. 21. 23. Hanc litterae perspicuitatem deseris, et ob rationes Physicas, ex Clerico potissimum (cuius tamen in toto hoc arguento hard meministi) petitas, eum, quem immediate fundunt, sensum profscribis. Interpreti prima lex esse debet, ne literam ante deserat, quam grauissimis cogattis rationibus. quales uero a Te productae minime sunt. Grauissimum est, quod *de aquae mones quantitate, non suffectura, toti mundo inundando.* Vetus haec est cantilenae, a Vossio, Peyrerie, Burneto, ad subruendam Scripturae auctoritatem, dudum iam proposita. Sed non desunt, qui fontes, unde tanta aquarum copia profluxit, probabiliter satis aperiunt. Dicuntur etiam catarractae coeli apertae, adeoque per imbræ totos XL. dies continenter descendentes tanta uis aquarum, et copia nasci potuit, quae uniuerso terrarum orbi operiendo sufficeret. Lege etiam, et expende, quae Sam. Reyherus V. C. in Math. Mosæica habet p. 56. cuius tamen rationes omnes meas facere nolim. Malo illud admirari, quam mirari. Impius namque foret, qui non totam hanc historiam plenam diceret miraculis. Sufficit ergo rem scire, et perspectam habere, et si rei modus nos fugiat. Sane qui paucos panes, et pilces, ita augere potuit, ut refectis tot hominum millibus, nihilominus superesset, quod auferri potuerit, ille etiam aquas ita multiplicare potuit, ut finem, quem intendebat, consequeretur.

Sententiam, *de incestuoso Cham cum nouerca concubitu, non mitigo,* quod Hardtianum interpretem agnoscit, sed quod eam, nec cum Φραγελλονομia, nec textus συνασπιση, ullo modo conciliare possum. Et ut uerum factar, uix aliquis mihi persuaserit, ut credam, ipsu[m]met Cel. Hardtium ex animi sententia suae expositioni esse addictum. Speciem præbent, quae de Noacbibidæ maledictione, eiusdemque in solum incestuosum nepotem, Canaanem redundantis, rationabili causa magnifice affers. Ast ea aliunde peti potest, ut non opus sit ad expositionem recurrere, quae fidiculis quasi e textu extorquenda est. Scilicet prodidit Chamus animum petulantem, et in parentis opprobrium et illusionem intentum. Nam inter uitia, quibus homines ante diluvium obnoxii erant, ebrietas quoque, et crapula nu-

meran-

14  
EPISTOLA APOLOGETICA

meranda est. Quod non immixto colligimus ex Matth. XXIV. 39. Noachus, ut suo defungeretur officio, uinolentos istos, et in his filium forsitan hunc immorigerum, acerrime tum increpabat. Quare ille nunc opportunam, quam sibi consecutus uidebatur, occasionem negligere noluit, sed rem magna animi cum delectatione propalauit. Hac enim omnes homines peccantes sunt indole, ut nulla re magis delectentur, quam si pios istis succumbere uitios uideant, quae digna aliquando habuerunt, quae, pro eo, ac par erat, acerrime reprehenderent. Sed quidquid eius rei sit, Cham ei epat, si micam tantum pietatis, et in Patrem reverentiae habuisse, Noachi obtegere nuditatem, ne ipsius alioquin senex, iuxta et officium, quod tunc inter suos tanquam familiae gerebat caput, irrisione exponeretur. Haec igitur ea est impietas, qua tantam sibi, suaque posteritati, execrationem contraxit Chamus. Etenim ut eo grauior esset, extendere eam in ipsos adeo posteros Deus uoluit, et speciatim ex Canaane natos, forsitan, quod illo tempore aliam Chamus sobolem nondum procrearat. Quod ipsum ut statuam, haec me mouet quam maxime ratio. Probabile omnino est, illam Noachi ebrietatem mox a diluvio contigisse. Nam cum iam ante diluvium, fatente id ipsomet Cel. Hardtio, uitium cultura in usu fuerit, ecquis negarit, Noachum mox, superato diluvio, eidem operam dedisse? Ex quo ergo consequitur, Canaanem uel eodem, uel anno, proxime diluvium insequente, natus esse. Non enim natus fuit ante diluvium, quoniam octo tantum animae, quarum Gen. VII. 7. habetur enumeratio, in arca fuere conseruatae I. Petr. III. 21. nec in diluvio, quia non plures ex arca dicuntur egressi, quam ingressi Gen. IX. 16. Neque vilius dubito, quin haec ratio alteri illi multis modis sit praferenda, quam ex Cel. Hardtio repetere Tibi placuit. Ipse namque ambiguis Canaan ex illo incestu fuerit prognatus? Ita enim in Comment. p. 274. Ex quo, inquis, incestu Canaan uidetur *natus esse*. Quid autem si aliis aliter uideatur? Etenim mox postquam euigilauit Noachus, dirum illud carmen in Canaanem, qui tam tunc, si Tua standum est sententia, modo conceptus erat, pronuntiasse legitur.

Atque sic tandem ea persecutus sum, quae in Praefatione mea Tibi displicuisse intelligo. Bruta Tua fulmina, quae hinc inde in me uibras, non euro, sunt enim maximam partem ex pelui. Veritas odium parit, atque Tui similes nihil iniquius ferunt, quam si scapha, scapha, et fictus, fictus dicatur. Conuertor nunc ad obseruationes, quas quidem exiles dicas. Sed mirabuntur tamen alii, tantum virum, et cunctae natis hominem, qualis uideri uoluisti, nihil, quod ad rem facit, adferre contra illas potuisse.

\* \* \*

In OB-

In OBSERVATIONE PRIMA disceptatur de Mosis Eloquentia, ubi plurima me cumulare falsa, et mentem Tibi affricare haud semel quam alienissimam proficeris. Nupsiā enim Te Mosis eloquentiam in dubium uocasse, sed miram potius uerborum rerumque cohaerentiam collaudisse: hoc tantum a TE negari, repetendam eam ab Ægyptiis esse. Quae istic haud dubie uerbis opponere uoluisti, quibus eloquentiam tantum non omnem NB. Mosis TE denegare perhibui. Verum quis non uidet, quam circumspēcte locutus sum? Non enim dico, TE omnem Mosis eloquentiam denegare, sed tantum non omnem. Quam loquendi rationem ab illa diuersissimam esse, uel Grammaticorum pueri TE edocebunt, si ipse nescias. Exulent igitur, quae de uerborum, et rerum cohaerentia dicis, quae sane sola eloquentiam nec constituit, nec eloquentem aliquem demonstrat. Ceterum iurene, an iniuria, hanc TIBI tribuerim sententiam? id clarum mox erit ex sequentibus: Primum negas Mosen in Ægypto eloquentiam fuisse edoctum. Dein Συγκατάβασιν statuis, qua Deus ad ingenium scriptoris se demisit. Porro ex stylo Mosis argumentum petis, quo assertionem Tuam, de eloquentia, a Mose in Ægypto non exculta, confirmas, et tandem Mosen apud Supremum Numen ab ignorantia artis Orationiae argumentum refellendae suae uocationis ducere, proclamas. Quae omnia, ut chartae parcam, legi poslunt, in Exeg. ad c. VII. §. 16. p. 230. ad cap. VIII. §. 20. p. 249. et p. 265. Ego ex his ita insto. Si Moses fuit eloquens, eloquentiam sibi comparauit uel ante, uel post uocationem. Sed non ante, quia ab ignorantia artis orationiae argumentum refellendae suae uocationis dicit, non post, ob συγκατάβασιν, quam statuis, et styli simplicitatem. Dic, nunc Wittere! num mentem Tibi affricarim alienissimam? Atque sic §. VII. et IX. haud superuacaneas esse, ipse nunc facile intelliges. In refellendis, quas Tibi opposui, rationibus, canem imitaris, de Nilo bibentem, easdemque, quae Tibi maxime officiunt, silentio praetermittis. Primum quod in sententiae Tuac confirmationem adduxisti, argumentum, hoc redibit: Eloquentiae nullum in Ægyptiorum, literas adhuc ignorantium, historia, uestigium occurre. Tria regerebam, unum consecutio- nem concernebat, quod illorum temporum historiae densissimis inuolutae sunt tenebris, alterum de re ipsa dispiciebat, quam Hermetis historia euer- tit, tertium tandem contradictionis TE incusabat, quod Moses non potu- isset argumentum refellendae suae uocationis ducere ab ignorantia artis orationiae, si nondum ea exculta in Ægypto fuisset. Tuum nunc erat, ordine omnia persequi, measque dubitandi rationes sigillatim enarrare. Sed quum commodo illud Tu fieri haud poterat, tumultuarie saltem ad illas, ultima ne quidem tacta, quaçdama reponis. Dicis igitur ad primam, Te

## EPISTOLA APOLOGETICA.

non ab ignorantia historiae, ad rei negationem concludere; cum Diodorum citaueris, qui seculis bisce Ägyptiacis solum nominum impositionem tribuit, non eloquenciam, nec firmiter ita concludere, cum Te ambigere dixeris. Ast o! te acutum Criticum, qui Diodori Siculi auctoritate rem illam confidere conaris, si modo ipse Diodorum euolueris. Non enim ille de Osiride loquitur, quod in Commentatione scribis, sed de Mercurio, neque is commemoratur omnibus, sed multis tantum nomina rebus indidisse; haud dubie illis, quarum ipse auctor fuit, aut inuentor. Immo verba in ordinem primus redigisse dicitur, indicio non obscuro, imbuuisse illum homines eloquentia, ut concinno, et eleganti, sermone, sua animi sensa cum aliis communicarent. Et haec etiam est cauſa, quamobrem uetusioribus tantopere laudata fuerit Mercurii eloquentia. Horatius L. I. Carm. X.

*Mercuri facunde, Nepsos Atlantis.*

Quod testimonium ne suspectum habes, lege modo Iamblichum de Mysteriis. Ägypt. c. l. Quid? quod ēgypciūn̄ σειρά ipsi tribuerint, et linguas ob summam, haud dubie, facundiam offerre in sacrificium soliti sint. Tantum abest, ut Diodorus, ad cuius prouocas auctoritatem, Tibi patrocinetur, ut aperte Tibi sit contrarius. Verum si uel maxime Tecum faceret, nam Tu in rebus tantae uetus tatis tuo illi habere fidem poteris, qui in multo recentioribus tam graviori saepe hallucinatur? Sed dabimus Tibi, Diodorum bona fide, et ex idoneis monumentis, haec scripsisse, quo nunc effeceris argumento, pertinere haec ad illa potissimum tempora, quibus Moses in Ägypto uixit. Loquitur Diodorus de Osiris aestate, sed magnus mihi eris Apollo, si me edocueris, quis ille fuerit, et quando uixerit? Quod cum ipse haud dubie agnoscis, ultimis uerbis fidem satis facientibus, quae, quacfo, est temeritas, tam ruinosum fundamentum hypothesi substertere, de tam insigni, quam singulis, styli Mosaici simplicitate? Alteram memet ipsum suspeclam agnoscere, dicas, utpote incertissimis rationibus innixam. Verum utut non negem, plura incerta esse, quae de Mercurio dicuntur, tamen si communiori rem sequi uelimus opinionem, qua ille Ägyptios primus omnium legibus imbuuisse, Ciceroni, Eusebii, Lactantio, aliis, dicitur, non ueroe ad stipulari Casaubono, Mercurium Mose multo antiquorem dicenti. Quibus addo et illud, quod idem ille Mercurius, Diodoro teste, primus instituerit, quo honore, quibusue sacris colerentur Dii. At quis dixerit, sacra Ägyptiorum Mosis demum cepisse tempore? De uetusate cultus inde non obscure colligimus, quod ab Ägyptiis plurimae nationes, eademque satis antiquae, sacra sua acceperint. Quod ex Herodoto, Strabone, Luciano, Philone Byblio, euinci ab aliis solet. Subiungo Anonymum, qui in Veteri Orbis Descriptione, a Iac. Godofredo edita, c. XVIII. p. 16. ita, de Ägypto: Καὶ χεδὼν ἀνέντη πάσην διατήνην παρέδωσε τοῖς Θεοῖς σεβεθεῖται. Interea quia huic argumento

gumento robur aliquod conciliare uolebas ex defectu literarum, quas Mo-  
sen tum demum edictum esse putas, quin tabulas acciperet, DE I digito  
consignatas; ostendendum mihi erat non uitium modo in consecutione,  
sed afferenda pariter erant quaedam de uetusitate literarum. Ad illud, ne  
Lector Tuam ἀναγορεύει, et ἀναπτυγάσει, reprehendat, iterum magis mutus  
es, quam pīcīs. Ad hoc respondes, *mirum non esse Mōsen litteraturae*  
*ante acceptas tabulas Dei digito conscriptas, meminisse, cum diu post*  
*Genesim scripsisset, et saepe quasdam circumstantias ob argumenti affinitatem*  
*interferuerit, quae euenerē serius.* Quod nominibus fluentorum, Gen.  
II. probas, meque ad Comment. c. II. §. 4. et 15. remittis. Sed non una,  
eademque utrobique est conditio. Etenim Ex XVII. 14. Moses mox, fugatis  
Amalekitis, mandatum accipit scribendi. *Quis igitur dubitaret, literarum*  
*usum notum ipsi atque perspectum fuisse?* Prolepsin non admittimus,  
nisi necessitate aliqua adacti, quam hic tamen cernere non datur. Sed quod  
fluentia in commemoratione Paradyssi istis appellat nominibus, quae sequiore  
forsan aeuo demum acceperunt, id inde haud dubie est, quod Moses topo-  
graphiam Paradysi confidere uolebat. Necesse igitur erat, ut fluuios  
istis designaret nominibus, quibus tunc ueniebant, quia alias hominibus, in  
quorum scribebat gratiam, ea descriptio nimium quantum obscura fuisse.  
Quae ex Commentatione hic repeterem iubes, ea aequa dubia sunt, ac in-  
certa, quam id ipsum, in cuius probationem afferuntur. Sabbathum nam-  
que per prolepsin commemorari, nullo satis idoneo arguento est euictum.  
Nomen autem Ηών ante Mōsis tempora ignoratum plane fuisse, unde  
probas? Locus Ex VI. 3. ualde est uexatus, et crucem figit Interpretibus.  
Ceterum quam ex Diodoro affero, coniecturam, nondum satis valide e-  
uertisti. Dicit enim habuisse Aegyptios ἀναγέφας in sacrī libris ἐν πα-  
λαιῶν χρόνων τοῖς διαδόχοις παραδεδούνας. Et si interim de uetusitate  
harum ἀναγέφαν disceptare cum quopiam nolim, non dubito tamen, quin  
illa eximia sit, siquidem iam Osiridis tempore, commemorante id ipsomet  
Diodoro, sacrarum literarum fuere scriptores, quorum in numero ipse fuit  
Mercurius, quem apud Osiridem ιερογεγαμματέως obtinuisse locum, idem Dio-  
dorus tradit. Horum autem officium in eo consistebat, ut literis omnia, quae  
commemoranda erant, et posteris commendanda, confignarent. Quod ipsum  
ex habitu, quo usi sunt, satis colligitur, quem Clemens Alexandrinus L.VI.  
Strom. p. m. 633. nobis ita describit, ἔχων (ιερογεγαμματέως) πλερά ἐπὶ τῆς  
κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ, καὶ πανόνα, ἐν ὦ τοτὲ γεαφιὸν μέλαν, καὶ  
χόινος, ἡ γέραφητι. Confirmari id posset, si, quae eius sub nomine circum-  
feruntur, scripta genuina essent, et non ab aliis potius conficta. Sed de  
iis facile consentio cum Is. Casaubono, et Petro Lambecio. Hoc tamen  
uno ore confirmant ueteres, quod literas Aegyptiis dederit. Sufficit nunc

excitasse disceptationem, eum inter et Thamum, Ægypti Regem, de sapientiae propagatione, per literarum monumenta, habitam, quam Platonis Phaedrus et Timaeus commemorat. Et quid multa? Diodorus eodem loco, quem in Commentatione laudasti, Mercurium pro litterarum inuentore ab Ægyptiis uenditari scribit.

Alterum argumentum, quo confirmare sententiam Tuam uolebas, a stili desumebatur simplicitate. Desiderauit et in hoc legitimam consecutionem, quod saepissime fieri solet, ut libere artifex, certisque de caussis, a re quadam abstineat, cuius alioquin non plane ignarus est. Sed et hic Harpocrati litas, et ad id modo, respondes, quando secundo loco οὐωνύμον, in uoce simplicitatis latentem, euoluo, inque Περὶ τοῦ, quod eam in sententiam Te adduxit, Φεῦδος inquirō. In illo Tibi mecum conuenire putas. Vtinam id salua dici ueritate posset! Ego namque talem stili Mosaici simplicitatem statuo, quae in argumentis maxime historicis amat, sed Tu plane stylum idioticum fingis, dum conceptis p. 249. uerbis affiras, ita Mosen consignasse historiam, prout simplicissimus homo eam enarraret. Quid autem per hominem simplicissimum intelligis, nisi idiotam quemcunque, omnis omnino doctrinae, quae eloquentiae fons est, expertem? Vides ergo, magnam differentiam inter utrumque nostrum intercedere. Quid enim? Xenophon, Polybius, alii, humili dicendi genere, quale historicos decet, usi sunt. Ergone ita suas consignarunt historias, prout simplicissimus quisque eas enarraret? Αἴτοι! Quod περὶ τοῦ Φεῦδος fruole Tibi affungi clamites, id pro more tuo, id est, inficete facis. Relege modo, quae p. 230. habes, ubi omnem simplicitatem stili Mosaici ita ex aequi ingenio repetis, ut circa miraculum comptior, et elegantior Oratio expectari non potuerit. Quid? quod Mosen ad vulgi ingenium loqui plus simplici uice affiras.

Vltimum ex Ex. I V. 10. petebas, ubi Moses se uirum negat uerborum. Tribus demonstrabam argumentis, non posse hic intelligi eloquentiae defetum, sed linguae, expedite loquentis, quem balbutiem nominant. Ad haec quantus, quantus es, totus obmutescis. Et tamen uniuersam obseruationem laborem Tuum nec tangere, nec angere iactabundus scribis. En Thrasonem! Quare dum adeo male in primo certamine steteris, possem nunc alterius detrectare, et lectori prudenti iudicium permittere, quantus in rebus futurus sis heros. Sed ne triumphum absque uictoria canas, et, pro more Thrasonum, illud difficultatem respondendi interpreteris, agendum, de reliquis pariter dispiciemus.

Quod igitur ad OBSERVATIONEM SECUNDAM, in qua de Scopo Librorum Mosaicorum agitur, nihil, quod ad rem magnopere facit, affers. Neque enim argumenta, quibus inductus nego, dari, Iura in sensu

su strictiori, confutas, neque etiam ad ea respondes, quibus sententiam Tuam infringere uoluisti. Id saltem, cum nihil sit, quod nos moretur, monstro, non habere Te catissam, quamobrem de tanto inuento tantopere Te iactes. Ephemerides Philologicæ, quas notas Tibi esse credo, p. m. 147. satis loquuntur superque, ex cuius scholis illud hatuseris. Dabis ergo conjecturæ ueniam, si quis forsan coniceret, eius Te in toto hoc argumento arare uitulo. Ut interim *qua singula capita illam hypothesin confutarem*, non opus erat, sufficiebat, quod in explicationibus istiusmodi hypotheticis locum quam maxime habet, neruum incidisse. Nam

*Subrue fulcram patiur structura ruinam.*

Ita conuertimur ad OBSERVATIONEM TERTIAM, de Lingua *Hebreæa, non Cananæa*. Hic statim in limine quasi *exolumniae* me postulas, ut unusquisque uideat, Te haec tenus quidem pilum, *stylum*, inquam, mutasse, non *animum*. En tamen grande illud, quod commisi crimen! Clericum mirabar Tibi esse omissum, qui alias *utramque in Commentatione paginam faciat*. Ignoro sane, quamobrem aliter de TE sentire debeam, qui adeo impudenter negare audes, de quibus ex ipsa libri inspectione conuinci poteris. Nunc demum Tuo exemplo comperior, eum, qui semel uerecundiae limites transgressus es, gnauiter oportere esse impudentem. Possem quam plurimis exemplis id comprobare, sed nolo istis describendis uel bonas horas perdere, aut lectoris patientia abuti. Pro-uoco ad *אַתָּה שְׁמַךְ*, illudque, quod magis est, addo, Clericum saepenumero, ne quidem nominatum, utramque Tibi paginam facere. Sed quinam illi sunt *autores sat multi*, quos pro parte Tua adduxisti, *ut Clerico modo non egeris?* Bochartum laudas, et Huetium. Sed ille, quod iam tum monui, Tuæ aduersatur sententiae, ut Bochartum ne legisse quidem, sed ex Huetio incaute excitasse censendus sis. Transeat tamen haec cum ceteris erroribus Tuis, aut si mauis, imbecillitatibus, quibus ea pariter tribuo, quae de *catalogo οἰγέστων* impudenter garris. Ut interim ad rem proprius accedamus. Ηζώτοι huius sententiae ψεῦδος petii, ex nomine עֲבָרִי quasi Abramus ita dictus sit, ob *transitum*, ex Chaldaea in Cananæam, cum tamen, si formam contempleris, merum sit patronymicum. Hic acutum agis disputatorem, meque proprio iugulare gladio conaris, *talem*, inquiens, *facie admittimus*, *ut tamen assueremus ab עֲבָרִי (quod transitum sonat)* *hoc patronymicum descendere*. Neque infrequens est, ut ipsum patronymicum, et genti, et istius auctori commune sit. uid. Gen. X. 15. 18. Multa cumulas, quae non obscure ostendunt, non satis Te patronymicorum naturam intellexisse. In Patronymicis ad proximam denominationis rationem attendendum est, non remotiorem. Fieri namque potest, ut primus, <sup>a quo</sup> patronymicum descendit, auctor, ab hac illaque re denominatus sit,

calus tamen nullus proxime, et immediate, in ipso patronymico habetur, aut haberi potest, respectus. Quis enim in uoce אַבְרָהָם non recurrat potius ad אַבְרָהָם quam ad radicem אַבְרָהָם laudavit? Quare si עָבָרִי est patronymicum, quod ipse admittis, non recurrendum Tibi est ad radicem, unde forsan uox illa deduci posset, sed ad personam, a qua ceteri ita denominati sunt. Sane si Abrahamus ita demum a transitu nominatus est, respectu Abrahami non potest esse patronymicum. Nam hac ratione illud recurrat dubium, quod iuxta linguae genium, non עָבָרִי sed שָׁוֹבֵר nominari debuisse, ut legitur Iud. XIX. 18. Ezech. XXXIX. n. Illud uero ualde dilutum est, quando ex Gen. X. 15. 18. euincere satagit ipsum nomen patronymicum et genti et ipsius auctori commune esse. Aliud est, formam habere nominis patronymici, aliud patronymice usurpari. Hoc quidem in exemplis allatis deprehenditur, non illud, siquidem non ignotum est, per metonymiam caussae, Parentes saepe pro liberis, et postoris, dici. Omne interim praesidium ex Es. XIX. 16. speras, quem locum aliquam sententiae Tuae speciem conciliare, non eo inficias. Nihil tamen solidi, quod maxime optarem, contra datam a me responsionem allatum est. Dixi inter alia, regiones prisum saepius retinere nomen, et si ueteres coloni alio migrare cogantur. Quod ipsum non carere fundamento, historiae loquuntur. Nec repugnat Scriptura ipsa, in qua, Prophetae spacio, regiones multoties, ab ipsis denominare solent, qui olim sedes illas obtinuere. Ita Zach. IX. 7. per Iebusaeos, Hierosolymitanos, intelligi, nobiliores interpres cum Chaldaeo affirmant, quibus ideo id nominis dedit, quod Hierosolymas inhabitabant, Iebus antea dictas, 1. Par. XI. 4. 5. Atque sic pariter terra Israel appellatur אֶרֶץ כְּנָעָן antiquo, quod olim habuit, nomine. Clarissimus inuenitur locus Ezech. XV. I. 29. ubi Iudei multiplicasse dicuntur scortationes suas בְּשֻׁרְמָה אֶרֶץ כְּנָעָן (בְּשֻׁרְמָה). Dissident quidem in eius expositione Interpretes, nemo tamen facile uidet, probante id ה, quod dicunt, locale, in uoce insinuari hic a Prophetae terminum a quo, et ad quem. Vnde et ipsimet Iudei in Versione Germanica ita transtulerunt: אֶרֶץ נְאָשָׂרִים וְיָמִים אֶרֶץ דְּבָשָׂת אֶרֶץ לְאָנָדָר (כְּנָעָן) (בְּשֻׁרְמָה). Noli ergo a me postulare, ut argumentis solidis euincam, quare a proprietate literarum recessum, et conditio, quam a me fingere dicis, admittenda sit. Nihil enim hinc fingo, nec a literarum proprietate recedo, nisi et illum aliquid fingere, aut literarum proprietatem deserere dixeris, qui Prophetarum scripta, ex stylo, modisque loquendi, Prophetis haud inusitatis, illustrat. Miror autem, quod Loescheri Venerabilis expositionem, quam coniecturam nominas pereruditam, ad Tuam detorquere hypothesis uolueris, cui tamen a Summo Viro opposita est. Vide nunc, quam irrefragabile primum Tuum fit argumentum!

Propre-

Properamus ad reliqua, quae, Te quidem iudice, soliditatem pariter habent, satis *infignem*. Paucis ergo repetenda sunt, ut de eorum soliditate eo restius confite. Nullo ita habebat securidum, Patriarchae usi legantur interprete cum Cananaeis conuersantes. Quid ego? Videre pro mea simplicitate non poteram nexum (quem ipse etiam Diogenes, accensa lucerna, tix ac ne tix quidem inuenierit) et duo regetebam; alterum non esse ipsam rem ob Scripturam silentium negandam, alterum addidicisse forsan Patriarchas Cananacorum linguam. Hic quidem ponere dico*r conditionem, nupiam indigetam:* Sed solida ueroe ut sit responsio. Statim enim quod negari nequit, a quo in Cananacum peruerit, cum incolis conuersatus est Abramus. Illud autem commercium siquidem absque sermonibus aut dialogis fieri non potuit, hoc dicas uelim, an lingua, qua usas es, diuersa fuerit a Cananaea? an eadem? Si diuersa fuit, locuti sunt, uel absque interprete, uel per interpres. Quodcumque dixeris, conditionem, a me positam, confirmabis. Si eandem praetendis, Scripturam habebis Tibi aduersam, quin Temet ipsum, qui meam, quam hic in Vitrinam instituit disceptationem *laudas*, et eam tantum ob eaussam (forsitan animo esse elato ob encomium a tanto Viro in me collatum) *uituperas, quod mihi Tecum tantum res sit, non cum Vitrinam.* Miseret me Tui, Doctissime Wittere, calami, qui cum non adfuetus sit nugas refellere, nugis tamen ubique ferme armatus es. Ecur enim mihi non liebat hic quaedam contra Vitrinam afferre, quae non modo ad rem magis illustrandam pertinebant, sed et uel eo nomine necessaria erant, ut argumento, secundo loco allato, siuum constaret robur. *Tertium tandem argumentum, nitebatur loco Gen. XXXI. 47.* Ad quod duo regessi. *Vnum intra decursum plus quam centum annorum plurima in deterius mutari potuisse.* Quod niemo, spero, negabit nisi experientiae, tot monumentis historieis satis comprobatae, contradicere uelit. Falsum ergo est, *multum me, ut arbitris, supponere, nihil probare.* Vbi namque rerum adsunt testimonia, ibi non opus est uerbis. Nec plus contra alterum illud efficiis, quo probabilissime coniicio, *duo simul obtinuisse idiomata.* Nam quamvis probabilitatem illam Te uidere negas, nihil tamen contra argumenta mea moues, contentus, hanc praetexuisse probabilitatem, *Abraamum patriam linguam mutasse, cum mutaret regionem, et adiret Chananaeum, sibi ac posteris dicatum.* Ad quod *νέος Φυγετός* communiter se recipiunt, a quibus eam sententiam mutuatus es. Verum cum ab aliis tantum isti acceperint, quantum fatis est, responsi, neque Tu tot totiesque disiectam hypothesis, uel unicaratione, comprobaueris, ad illa Te ablegamus scripta.

In OBSERVATIONE QVARTA statim ab initio Te offendit recensio uariarum, quae de auctore Pentateuchi foueri nunc solent, sententiaram.

## EPISTOLA APOLOGETICA

arum. Quae uero ideo facile excusationem meretur, quod accessum mihi hac ratione ad nouam, quam aduers, opinionem facere uolebam. Agnoſeis quidem, quod bene se habet, Mofen Pentateuchi auctorem, sed ita, quod dolendum agnoscis, ut non uno nomine auctoritatem confecti a Moſe scripti eleues, penitusque eueras. Quod si enim e monumentis πατριαρχοτους ille, Deo adminiculante, collectus est, nihil profecto opus fuit θεοπνευστα, quam Clericus, cum quo hic imprudens sentis, subruere ita uoluit. Quod cum scopo, quem meditatur, apprime patrocinari uideat, non dubitauit talia quoque, qua N. T. confingere monumenta, ex quibus Evangelistas res, a Liberatore gestas, confecſſe scribit. Vid. Bibl. Sel. T. XIV. p. 371. et 373. Porro qui consulueris maiestati uerbi diuinioris, quando Moſen ab alterius cuiusdam Poëmate initium Pentateuchi fecisse putas, quo sic Iudeos ad sedulam eius lectionem inuitaret, quod dein cum eius intentioni minime responderet, illustrari magis debuit. Nonne ita multum decedit maiestati Scripturae, quippe quae ob auctoritatem reuelantis DEI non opus habet, hominum aucipari fauorem, uulgari aliquo, et minus accurato Poemate? Hoc argumentum ita elidere conaris, quod ipsum hunc auctorem (licet anonymum) θεοπνευστον agnoscas, ceu alibi uiri ac foeminæ θεοπνευστοι cantarunt carmina, ea propter in canonem relatuid, Exod. XV. 21. Iud. V. 1. Alt quis crediderit canticum, in quo non ea, qua par erat, ἀνθείσ, res enarrantur, ex diuina proficiſci inspiratione potuisse? Nec etiam in Commentatione uel leuissimum eius indicium fecisti, sed potius omnem illi θεοπνευστα, non obscure denegasti, nec officit, inquiens p. 23. sententiae, quod Scriptura Moſis θεοπνευστος sit, neque tamen ipſud elogium tali, quod supponimus, cantico uindicari queat. Haec cum non ignores, ad eam Te recipis, quam iam tum dabus respondionem, etſi, inquiens, non crederem θεοπνευστον, non pluris tamen maiestati uerbi decederet, quam ex allegacione gentilium Paulo uifata. Verum insignis utrobique est differentia. Illa dicta exaffe respondebant Paulli intentioni, aliter se res habet cum Poemate, quod dicis. Paullo res erat cum gentibus, uel cum Christianis, recens conuersis, quorum illos Poetarum, quas deprecari non poterant, auctoritatibus, sed praemissis argumentis aliis, saltē καὶ ἀνθείσ, de religionis ueritate Christianae conuincere uoluit, hos autem rubore quodam suffundere, si istis sese deditos esse uiderent uitii, quae luminis naturalis ductu ipsimet gentiles detestarentur saniores. Verum enim uero hic Moſes canticum, non in illustrationem, aut confirmationem rerum, antea propositarum, inserit; sed in totius scripti maiorem commendationem reliquis omnibus praemittit. Porro Israelitae DEO iam credebant, et Moſi, ideoque etiam, absque illo carmine, in crebram, sedulamque Pentateuchi lectionem incubuissent. Atque sic, quoconque Te uerteris,

in-

## EPISTOLA APOLOGETICA

23

iniutius eris in Mosen. Idem in *argumento secundo* praefixus mihi fuit Scopus, quod tamen, ne supremis quidem, quod aiunt, labris attingis. Hoc est, quod uolo, non reticendum fuisse Mosi uerum auctorem, ne uidetur alienum sibi vindicasse laborem, aut ex ignorantia (nam multa poema continet, quae se aliter, Te ita sentiente, habent) cum primo auctore errores commisisse. Nec ualeat exceptio, si obiicere quis uellet, nemini non, ista quidem actate, auctorem fuisse notum. Nam quia Moses non scribebat tantum in gratiam Israelitarum, istis temporibus uiuentium, sed scripta eius canon debebant esse, atque norma, Ecclesiae, ad mundi usque finem duraturae, nonne per quam erat necessarium, ut istiusmodi suspicionibus omnis ansa praeſcinderetur? Cum his nunc compara responſionem, et uidabis, quam parum ea apposita sit. Ut enim in compendium omnia mittam, non quaeritur: *An cantici huius auctoritas suspendenda sit ab auctore?* Nam de eo facile inter nos conuenit. Sed omnis quaestio in eo uersatur: *An Moses, suppresso ueri auctoris nomine, tale sibi vindicare canticum, salua scripti auctoritate, potuerit, quod nec ἀνθρώπος, aut eleganter, confitum, sed ipsum potius in suspicionem abducere poterat.* Mosen, quasi iusti ordinis fuerit incurius, ut, quae debito, quo proponi debebant, loco omiserat, alio dein necessum habuerit repetere? Hoꝝ credat Witterus, non ego!

De argumentis Tuis ut dispiciamus, uix opus duco. Quae enim antea grauissimarum rationum nomine Tibi ueniebant, illis ipse nunc demonstrandi uim denegas. Sed nec tantum habent probabilitatis, quantum Tibi persuades. Primum ex nomine מֹשֶׁה petitus, pro more Witteriano, defendere se legitima consecutione nequit. Quod duobus argumentis declaravi. Ad primum notes, uelim, me non ab auctore Cantici, et libri prioris Regum, argumentum ducere, quem diuersum esse facile intelligo, sed ab orationibus Salomonaejs, laudato libro, eo haud dubie modo, quod historici munus est, enarratis, quo a Salomone quandam sunt fusae. Alterum eo grauius est, quod rationes, quas in confidiendo Auctor scripto praefitutas habet, nos saepe numero fugiant, ut omne, quod affertur in medium, in coniecturis modo habendum sit, in quibus facilis datur hallucinatio. Dic, Wittere, si uir es, quid eaſſae habuerit Moses, quamobrem aliis subinde loquendi modis, in describenda sua historia, uſus fit? In capite II. et III. ambas uoces יְהוָה אֱלֹהִים componit. In c. IV. si ab aliorum uerbis, quae recitat, recedis, ſolum adhibet nomen יְהוָה. Contra in c. V. et VI. nomen אֱלֹהִים absque usurpareſſe legitur. En quam uſitata sit Mosi illa loquendi ratio, quae in primo hoc capite occurrit, iuxtaque dicitur, quam arduum fit, iſtis de rebus talem ferre ſententiam, quae ipsam rem, et auctoris intentionem, per omnia ferit. Atque haec etiam eſt ratio, quamobrem nemini rationes, a me propositas, obtrufum eo. Si quis eſt, cui illae ſeſe non

D

appro-

## EPISTOLA APOLOGETICA

approbat, is per me missas eas faciat, dummodo alias, easdemque probabiliores, substituat. Tuae tamen exceptiunculae, uix cassa nuce dignae. Prior petere Tibi dicitur id, quod est in principio. Quod equidem haud miror, cum mauis cum Clerico nomen אלהים ab impia Cananaeorum gente derituare, quam cum Ecclesiae Tuae Doctoribus mysterium aliquod in eo concedere. Imo, quae Tua est modestia, in Comm. p. 25. dubius haeres, pium ne conatum? an inutilem pruritum? dicas, quando ex hoc nomine diuinarum personarum pluralitas inferri solet. Nihil tamen habes, quod eidem opponis, praeterquam Idiotismum, per quem nomina, singularis modo significationem habentia, in pluralitatibus ponuntur numero. Quod ex Gen. XXXIX. 2. Ies. XIX. 4. Ex. XXI. 29. 2. Reg. XIX. 4. adstruis. Sed ut uideas, pium hic esse conatum, in timore Dei, haec, quae so Te, momenta expende. I. Omne nomen plurale regulariter, et ex communione omnium sensu, infert pluralitatem. Quod adeo uerum est, ut nec uoces אלהים et שמי excipiendas esse existimem, quippe in quibus non una pluralitatis uestigia occurunt. II. Certum est per illud אלוהוּ h. l. uerum DEVUM, Creatorem coeli et terrae intelligendum esse. Huic namque περιστοσ et primario nomen illud competit. Nec uero diuina Tua, quando in Comment. p. 25. questionem illam *inanem*, et *uilissimam contentionem*, eos autem, a quibus mouetur, *uirilisatores* pronuncias. Hiccine, Reuerende Pastor, *pius Tuus est conatus*, sententias Doctorum Ecclesiae Tuae adeo contemptum habere, et aduersariorum, a quibus oppugnantur, irrisio ni exponere? Tune ignoras, quid causae habuerint Theologi, quamobrem hanc questionem aduersus Socinianos propagarint? Itane illi *uirilisatores* fuerunt? Tuam, Wittere, conscientiam tuu huius orthodoxae ueritatis professus abiectius sentire potuist? Quod si nomen illud *proprie* cudiām competenter, praeter quam uero Deo, qui commode dicere DEVIS potuit, non sit Tibi אלהים praeter me. Ex. XXII. 3. Tune dubitas, istos, qui nominantur, a Paulo indicari i. Cor. VIII. 5? Sed uide, quales sint אלהים? non nisi λεγουμένως tales. Quid autem hoc sibi uult aliud, nisi quod illis merum tantummodo nomen, non autem res competit? Et dicas, quae so Te, num ueneratio, quae Deo et hominibus debetur, tanquam species, de uno praedicari genere possit. Si affirmaueris, uel DEVUM ad hominum, uel homines ad Deitatis referas classem, necessum est, siquidem istae praedicationes sunt uniuocae, ut cum Logicis loquar, et eandem profusa significationem efflagitant. Si negaueris, define in posterum *uirilisatores* pronunciare, qui ex rei ueritate pronunciant. Vides enim hac ratione nomen אלהים, quod ex Arabismo uenerationem infert, non competrere Deo, et aliis, in eadem prorsus significatione, qua cessante, uni primario, alterius secundario, tribuendum erit. III. De DEO autem non est iudicandum

candum ex hoc, illoue, Idiotismo, sed ex locis, in quibus clarius sese manifestauit. Idiotismus non semper ostendit, quisnam praeceps sensus obtineat, sed quis obtinere possit. Quare dum LV. in aliis se manifestarit, ut trinum in personis, quaero nunc, neque id immerito, *inutilisne sit pru-*  
*vitus? an pius conatus, si ex istis de nomine אללה iudicium feratur?* et an ex supposito, quem praetendunt, idiotismo? an ex locis istis clarioribus illud explicare praestet? Accedit, quod Idiotismus ne quidem in locis. Tibi excitatis, reperiatur, in quibus nomen, *dominium* inferens, legitur. Quare si cum Seb. Schmidio diceremus, fieri id per metaphoram Nominis Diuini mystici ad homines, sicut Elohim, nihil, quo Tua se tueretur sententia, haberet, praefidii. Verum ex ipsis Grammaticorum obseruationibus Tuis satisfacere dubiis possumus. Illi obseruant, particulis quibusdam, aut nominibus, affixa nonnunquam subiungi, interueniente Iod, nullo pluralitatis significatu. Sic dicitur יְהוָה, בָּנָנוּ אֱלֹהִים et pro עֶלְיוֹן et occurrat אֱבֹן et אֲרוֹן et בָּעֵל etc. Quid si hanc igitur ad classem nomina רַאֲשׁוֹן et אֲרֹן et אֲבֹן pariter referantur? Hacc responsa sunt ad Gen. XXXIX. 2. Ex. XXI. 29. 2. Reg. XIX. 4. Ad locum Ies. XIX. 4. haec habe, *क्ष* non esse nomen adiectiuum, sed substantiuum, cum quo nomen *אֲרֹן* construitur, sed ita, ut, dum status absolutus uices hic teneat constructi, ipsum illud nomen, in statu, quem nominant, regimini, subintelligendum ueniat. Qualis loquendi ratio inuenitur Ios. III. 14. et 1. Reg. XXII. 27. Ex quibus nunc colligere habes, me in prima, quam contemptim nominas, *ratiuncula* non petuisse id, quod est in principio. Altera Tua exceptiuncula supersedere facile potuisses, si tritum illud in memoriam Tibi reuocasses; Vnius positio, non est alterius exclusio. Sufficit Mosen non hic tantum et c. V. com. I. ubi de hominis creatione egit, nomine אללה uti, sed et in ipso c. II. illud nomini in eodem argumento adiungere. Dubito autem uehementer, an similem rationem comminisci liceret, quae Tua est persuasio, *de nomine Iehouah*, quod ipsum, si radicem species, diuinam essentiam in se exhibet, unde et per ἐπεξήγησιν idem est, quod ero, qui ero. Contra nomen אללה quatenus a ueneratione dicitur, respectum habet ad creaturas, quae ueneratione prosequi Deum tenentur.

Secundum argumentum filii nitebatur diuersitate, quam nunc iterum in subsidium uocatam, minime, pro eo, ac par, est, declaras. Non ergo est, quod aegre feras, si quis ante Tibi fidem habere nolit, quam probatam illam dederis. Miror autem, TE a Mose stili ubique aequalitatem expsectare, quem ipse ab omni habitu oratorio destitutum diciis, etad eum modum historiam consignasse affirmas, prout homo quisque simplicissimus eam eharret. Ab homine vero simplicissimo stylum requirere, semper sibi constan-

tem, me iudice, summa est simplicitas, quam a Te, qui Argo uis haberi perspicacior, et oculatior, procul abesse puto.

Quae ad tertium responsio argumentum data est, ea non minus firmo stat tali, siquidem clarissime comprobat, unum eundemque auctorem posse unum aliquod argumentum uerbis, longe fusoribus, quam antea factum erat, repetere. De eo enim quaestio est: *An ideo alii hoc caput, praeterquam Moſi, uindicandum sit, quod quae ad secundi, sextique dii historiam aperte spellant, in secundum caput demum digesta sunt?* Hic fone nihil ualent effugia, quae quaeris. Quod ut luculentum fiat, remitto Te ad Gen. X. et XI. ubi in utoque quidem capite Sem contexta est genealogia, sed in hoc multo fusius, quod Arphazadi concernit familiam, quam in illo. Habes hic argumentum historicum, et tamen, quod facile fieri potuisset, non una serie istae generationes enarrantur. Quare si Tu omnino standum esset iudicio, non uni haec duo capita auctori tribui debent. Ceterum id inde etiam disce, quomodo Moſes saepe οὐνομάτως aliiquid referat, uberiori εἰσηγαγόντι commodiori loco refernata.

In QUINTA OBSERVAT. trium quidem hypothesisem mentionem feci, sed ultimam attingere tantum uolui, quod existimabam, in prioribus duabus crambem modo recoqui, semel, iterumque, recoctam. Tertiarn sub examen retocaui, quia se nouitate commendare videbatur, et tanti Viri, ex quo illam descripteras, auctoritate. Quaeritur autem hie: *An nomen δῆλον accepint Iudei a Cananais, et ita πληθυνώς deo locuti sint?* Quod cum Clerico affirmas, et pro innoxio et adiaphoro habes. Sed apage illam sententiae Tuae adiaphoriam, et innocentiam, quae absurdia aliis, et nescio quo, nomine appellatur. Gussietius, quem iam in ipsa Dissert. laudauit, est, inquit in Comm. L. E. p. 50. in illa ipsa comparatione Ebraeorum et Ethnicorum, circa usum pluralis nominis dicit, tanta absurditas, ut prodat iudicium pueriliter praeceps (cape Tibi hoc, Wittere doctissime) quod leui similitudinis exterioris umbra deusum rem non inspicit. Nec mitius de eadem iudicant alii. D. D. Zach. Grapius, in Theol. Recens Controu. ad hanc delatus quaestionem. Et nos, inquit, p. 190. merito absurdissimam hanc Clerici nouitatem abominamur. Ita Tibi innoxium est, et adiaphorum, quod allii, tanquam absurdissimam nouitatem, abominantur. Atque eo magis solidis confirmare argumentis Tuam debuisses sententiam, quae tantum abest, ut afferas, ut præter pauca, eademque leuis, quae ad meas dubitandi rationes excipis, de charta modo in papyrus transcribas. Primum monebam, niti hanc sententiam hypothesi aequi incerta, consultius igitur esse, et pietati conuenientius, in re tanti momenti, in quo diuinus uersatur honos, ab hypothesi abstinesse periculosa, nec, quod ultro conceditur, firmiss argumentis probanda. Haec sane ex capite prudentiae, qua Ministrum Ecclesiae pollere debet,

AD HENNING. BERNHARD WITTERVM. 27

ne Ecclesiae suae hostibus incaute patrocinetur, aut aliud quid committat, quod diuiniori nomini detrimento esse potest, adeo firma esse puto, ut probatione non indigeant. Nec Tu ipse negare nunc audes, diuinum nomen curae piis cordique esse debere, ne vane traducatur. Quid autem in defensionem dics? Sunt, inquis, quaedam diuina nomina, quae et creaturis, et idolis tribuuntur, inter quae nomen **אֱלֹהִים** refertur. Ex quo igitur euicisse Te iactitas, linguam Hebraeam Cananacam esse, pronam nunc ad sententiam Tuam conclusiōnem dari arbitraris. Verum quenam est consecutio: Nomina quaedam diuina creaturis, et idolis, tribuuntur, ergo ille nos peccat contra honorem, Diuino. Nomini debitum, qui Deum ab idolis nomen mutuatum esse dicit, quo honorari satagit? Quis non uidet differentiam, quae utробique intercedit? Idolis ista nomina tribuuntur **καταχειρίως** saltēm, non ex mente, et sententia Spiritus S. (cui potius nominantur **אֱלֹהִים**) sed idololatarum, qui diuinos istis honores tribuunt, nomenque soli DEO proprium. Illi igitur potius ex **κανοζηλίᾳ** isto nomine abusi sunt, siquidem communiter simia DEI Diabolus esse soler. Quam lubrica uestro sint argumenta, quibus Linguam Hebraeam probare uoluisti nullam fuisse aliam, quam Cananacam, suo pariter loco commonstratum est. Quid? quod si ex liberalitate Tuam applecteremus sententiam, tamen ne sic quidem haberes aliquid, quo eam tueri posses. Num enim Apostoli, lingua vtentes, Graecis familiari, uspiam in pluralitatē numero uerum Deum appellarent **Deos?** Non puto. Atqui par hic est ratio, dum nec nomen **אֱלֹהִים** singulari destituitur, ut ob eius defectum, quod fieri in aliis uidemus, pluralis adhibendus fuisset. Ita etiam facile uides, quid modificatio, quam dicas, huc faciat? Ecce **DEVS?** ecce alii viri sancti non usi sunt singulari? Quis, licet haec ex Dissert. repeteret, domum suam, admota face, accedit prudens, ut habeat, quod extingueret posse? Reliqua, quae ad argumentum secundum et tertium affers, leuioris sunt momenti, et ex anterioribus facile confutantur. In ultimo dixeram, probandum aucte omnia esse, Cananaeos Deas̄ros suos ita nominasse, et primos esse huius denominationis autores. Ad hoc pro more taces. Ad illud hypothesis reponis, linguam Hebraeam esse Cananacam, et Poenoram et Thebanorum, quos induxeram, ελεύθερον et ελεύθερη apertissimam cum **אֱלֹהִים** affinitatem proficeri dicas. Ast nec sic idonee satis Tuam sententiam comprobasti. Quid si enim Abrahamus id nominis, quod inter Chaldaeos didigerat, postmodum semper retinuerit? Quod ne minus Tibi uideatur credibile, considera modo, quam soepissime fieri soleat, ut voces peregrinac aleterius cuiusdam linguae ciuitate donentur, terminacione modis ad ejus indolem, geniumque, inflexa. Atque id ipsum non mediocriter inde confirmatur, quo d' Phoenicibus non tantum, sed et ceteris, quae

quae a Phoenicibus ortae sunt, nationibus alio DEus nomine uenerit. *Affinitas*, quam praetendis, *nominum* irrisione potius, quam castigatione digna est. Clara namque sunt Sanchoniathonis, quae iam in ipsa Diasset. attuli uerba: Καὶ τὰς (Phoenicas intelligit) γένεται τις Βλίστη, καλόμενος ὑψηλός. Quid, queso Te, haec habent commercii, aut affinitatis cum פְּנִינָה? Haec si suspecta habeas, perpende modo noxes Pygmalion, Abdalonim, alias, quarum illa idem, quod פְּנִינָה i.e. decretum DEI, haec עַבְרֵי יְהוָה i.e. seruum Deorum, denotat. Haud dubie enim Phoenices nomina quaedam, perinde ut Hebraei, cum diuinis composuerunt. Observatione interim non indignum est, Abdalonim, quem Alexander Regem Tyri constituit, ab Ariano nominari Azemilcum. Quam uocem non immerito compositam esse puto, ex מֶלֶךְ et idem dicere, quod uirtutem Molochi. Ex quibus coniicio פְּנִינָה nomen fuisse generale, quo Phoenices, et eorum propagines, DEVUM denominavit, sed פְּנִינָה aut מֶלֶךְ speciale, certo cuidam DEO proprium. Conuisse enim Phoenices Molochum, nemo temere negauerit. De Poenis nihil addo. Euolue, quae Bochartus, et alii, ad Plauti Poenulum commentati sunt, et miraberis, tantopere ineptis Te potuisse.

Superest VLTIMA OBSERVATIO, de Spiritu DEI, quem, missa communiori nostratrum expositione, de uento uebementissimo interpres, gyrum, nescio quem, cum Cartesianis singens. Quam sententiam ut adstrueres, urgebas in primis proprium, quem uox Πνεῦ habere Tibi uideatur significatum. Duo hic reges, unum non sufficere solam uocis proprietatem adstruendas interpretationi, si alias regulas hermeneuticas obstant. Vbi sane non cito, quae Tua est persuasio, inanem strepitum, quod ad regulas prouocem hermeneuticas, quas tamen nominare non sum finuerim. Nam si mens non laeta fuisset, facile haurire illas potuisse ex §. IX. ubi necessitatim indicauit, quae interpretes impulit, de Spiritu S. locum hunc ut exponerent. Forsan autem illuc delatus, nihil reposuisti, ne lector intelligeret, quam candide mecum ageres. Etsi igitur hanc ratione argumento Tuo neruus penitus esset incisus, tamen ne id quidem, quod alterum erat, concedendum Tibi putavi, Πνεῦ proprio de verso summi. Obstat namque mihi videbatur, quod DEVIS, quem proprie Spiritum esse, negari nequit, Πνεῦ scopissime diceretur, ut dubium non sit, quin in sensu ea vox primario substantiam denotet immaterialē, et άναλογικῶς modo uentum. Haec conclusio Tibi uapulat, cum hoc tantum sequatur, DEum improprie Πνεῦ dici. En acumen! Quae differentia inter Πνεῦ et Spiritum? Si ad radicem uelis attendere, DEus non magis proprius Spiritus nominandus est, quam Πνεῦ. Nam uti Πνεῦ a Πνεῦ spirauit, ita Spiritus a uerbo spiro deduci potest. Quam uocem de uentis usur-

usurpassae purae latinitatis auctores, ex Ouidio edocemur facile n. Metam.  
v. 481.

coepit spirare ualentius Eurus,

Non ergo video, cur DEVS non aequa proprie possit nominari נַרְאָה ac Spiritus. Sed recipis Te ad radicem, cui originem haec vox debet. Verum enim uero, si נַרְאָה proprie flare significat, et spirare, ad eam modum, qui uentis competit, mirari subit, quare nunquam in toto Codice V. T. illud uerbum de iisdem usurpatum sit. Semper enim reperies נַרְאָה vel נַשְׁבָּה. Porro nobilioribus Philologis, et ipsimet, quem passim sequeris, Clerico, in Gen. p. 2. non necesse uideatur, radices potius esse uerba, quam nomina, si modo nomina tribus duntaxat consonantibus constant. Dicimus ergo uerbum נַרְאָה esse a nomine נַרְאָה, quia in genere spirituum aliqui dantur, qui in corporibus spiramenta efficiunt. Vnde quidem & talia uentus edit, non dubitarunt ueteres, ob hanc analogiam, quanum cum spiritu proprie tali habet, idem pariter nomen illi tribuere. Quid? quod in DEV M etiam illa radix non male quadret, ob aeternam Spiritus S. spirationem. Quae etiam non fiat modo, corporibus proprio, aequa tamen censenda est propria, quam ipsa Filii generatio. Instas. Quis crederet Deum diuinis et spiritualibus notionibus uis, ut explicaret nobis uentum? Respondeo. Quid ni? Nonne ad describendas miras uentorum uicissitudines ipsis attribuitur voluntas, quea sane non cadit, nisi in essentias spirituales? Spiritus, inquit Liberator, ubi nult, spirat. Ioh. III, 18. Pergis. Rectius multo creditur, terrefribus et noxiissimis uocabulis adumbrari coelestia, per συγνατάθασιν Deo sepe capti nostre accommodante. Nonne alias ignotum per aequa ignotum exprimeretur? R. si preesse haec accipientur, secuturum omnino est, quod Thomasius quondam affirmauit, omnia, quae de DEO praedicantur, praedicari tantum improprie. Sic recte dixit Moltherus, et post eundem H. A. Roellius, generationem Filii DEI esse impropriam? Nonne ita actum est de summis Fidei mysteriis? Quamvis interim cum Bohlio εὐθεωνταθείας, aut συγνατάθασι istiusmodi penitus insiciari nolim, modus tamen in ipsis habendus est, ne aliquid illis annumeremus, quod per Scripturam non licet. Optimus εὐθεωνταθείας investigandi modus, iste est, si inquiramus, an praedictum aliquod perfectionem dicat, an imperfectionem? Si dicat imperfectionem, praefato est εὐθεωνταθεία, si perfectionem, exultat illa, competitque ea res DEO, uel formaliter, uel eminenter. Neque tamen ita uerendum est, ignotum per aequa ignotum exprimi. Nam εἴρηται δεδ από κτισμένος νότης καθοράται, adeoque per viam causalitatis, eminentiae, atque negationis, ea deprehendere homo potest. Haec de uox רוח. Quod ad eius compositionem cum nomine אֱלֹהִים, superlatiu-

titum, quem nominant, hic insinuari putas. Sed nondum satis, quae de Idiotismo illo scribis, probata sunt. Lege modo cum cura Guse-  
tium. Iudaci cum ad præceptiones Grammaticas animum applica-  
rent, in id soepe numero intenti magis fuere, ut ad Grammaticas aliorum  
suum linguam accommodarent, quam ut ex linguae suae genio illas con-  
ficerent. Inde ortae sunt Antiphasis, Pleonasmus, Enallage, et id genus  
alia, quae recentiores Philologi explodere nunc incipiunt. Non ante  
ergo inane censendus sum quæsiuisse οντος Φύσεων, donec idoneis satis  
argumentis praetensus ille idiotismus, quem nulla nos necessitas amplecti  
cogit, demonstretur. In eo autem uehementer falteris, quando mox  
subiectis, sive uentum DEI, sive ex idiotismo linguae uentum uehementis-  
simum dixeris, mibi perinde. Etenim quid fieri de proprietate vocum,  
quam tantopere urges? Nam cum in aliis locis DEO tribuitur Spiritus,  
non potest non רוח אלהים נסח ברחוֹן, uel ex Ion. L. 4. וְנִזְרַעַל הַשָּׁׁלֵךְ. Vter  
nolstrum Laureolam nunc in mystaceo parit? Tu si uel maxime idiotismum  
illum obtinueris, nihil tamen amplius inde conficies, quam quod sensus  
esse possit. Quae interpretandi ratio hodie quidem est usitatisima, ad  
ueram autem, legitimamque, exegesin non aspirat. Noli hica me exspe-  
ctare nomina. Euolve modo Virorum, quos ueneraris, scripta simo  
Tuam ipsis Commentationem pasim excute, et me uerum dixisse lubens  
fateberis.

Sic Tuam de Vento sententiam adstruis, videbimus, num alteram,  
quae de Spiritu S. exponit, felicius destruas. Primum momentum a fi-  
dei petis analogia, ad quod cum in ipsa Dissert. nihil respondere licuit,  
paucis nunc de eo dispiciendum erit. Miror uero potissima id Tibi  
instantiae uenire nomine, quum uel tyro, qui primis modo labris res  
Theologicas degustauit, eius deprehendere ueritatem posset. Mirari Te,  
dicis, eousque illos deceptos esse, ut quo actionem Spiritui S. propriam  
hic colligant, prorsus deferant communem orthodoxorum sententiam, quae  
creationem soli DEO Patri, Filio Redemptionem, Spiritui uero sanctifi-  
cationem, non creationis opus, ex singulari Scripturae (quam dicunt) ap-  
proximatione uere tribuit. Bella profecto ratio! Quid dixeris, mi Pastor,  
de loco Io. l. 3? Non negabis, opinor, tribui ibidem Filio creationem,  
non obstante appropriatione. Nonne haec ratione Socinianis telum por-  
rigis, quod uibrare in nos possunt, quando ex creatione ad aeternam Fi-  
lli Deitatem colligimus? Quaero modo ex Te, an admittas communem  
ortho-

orthodoxorum sententiam, qua opera ad extra dicuntur indiuisa? Si ad misericordia, quod spero, quomodo creationis opus denegare Spiritui S. poteris? Sim minus, noli amplius ad orthodoxos prouocare, aut eorum auctoritate caussam Tuam tutari. Nihil Tibi *appropriatio* patrocinatur, quae pro ratione operum, quae nominant, ad extra, diuersa est. Quemadmodum enim alia sunt *personalia*, quae *terminative*, et *manifestative*, uni saltē personae competunt, alia *essentialia*, quae omnibus personis ex aequo communia sunt, ita duplex pariter inde resultat *appropriatio*, quarum una, quae personalia concernit, est *Biblica*, et *Scripturaria*, altera, maximam partem *Ecclesiastica*, hauſta potissimum ex *Symbolo Apostolico*. Neque huius *appropriationis* ratio sita est, in *inæqualitate operationum* (siquidem, quod contra Goclenium demonstratum est, personae Deitatis in ipsis operibus minime respiciendae sunt, ut caußae lociae nec in diuīsione operationum (quasi opus uni saltē personae esset proprium, nec ulli praeter eandem competenter, obstat enim *opositoria*) sed *in solo ordine*, tum ratione personarum, tum operum ipsorummet. Scilicet qua Pater ratione originis, et in origine fundati ordinis personalis, prima est in Deitate persona, hinc existimarent, illi pariter primum, quo ad extra se manifestauit Trinitas, tribuendum esse opus. Quae omnia sane non oportebat ignorare Ecclesiae Lutheranae Pastorem. En Wittere, adeo misera est, et exilis *potissima* Tua instantia? Quid de reliquis nunc fieri?

Instabas porro, nullam esse necessitatem, quae talēm interpretationem desideret, potius simplicissimam et propriissimam dictiōnem omnem conatum eludere. Ea, quae de necessitate atēli, sicco Tibi pede transilire placuit, cuius rei caußam, iam supra, mihi assecutus videor. De simplicitate, quam practendis, haec monebam, iudicaret modo aliquis absque praeiudicatis opinionibus, ultra sententia maiori sese simplicitate commendet, uetus oratione, quae de Spiritu S. interpretatur? an recentior, quae gyrum aliquem confingit, quem tamen supponit magis, quam ex Mōse probat? Inde, neque id immerito, causas exigebam, quamobrem simplicissima Mōsis dictio, conatum hunc eluderet? An forsitan Spiritum S. Moses ignorauerit? Demirabar tandem, quare non potius in tanta dictiōnis simplicitate Moses dixerit, absque omni tropo, רֹחַם וְרֹחַם, quo nomine ventus uehementissimus alias uenire soleret? Hic Rhodus, hic saltandum Tibi erat. Verum ad haec omnia id tantum tulo nunc responsū: Nolte querere, cur Moses non dixerit רֹחַם נָדַלְתָּךְ cum אֶלְחָזֵךְ idem exprimat; nec mirari gyrum, quem etiam si quotidie intuearis, per inscitiam tamen Tuam astronomicam, supra castigatam, non intelligis. Quid haec ad rhombum? *Muntruzis μεν* Tuum non euro, nec miror gyrum Tuum;

quo Te ita circumagi, et agitari video, ut, quasi uertigine correptus, non habeas, in quo pedem figas.

Vocis מִרְחָפֶת significationem non inconsultum erit ex aliis linguis, non dicant, repeteret, sed illustrare, in primis, cum ipsum idioma Hebreum, Deut. XXXII. 11. sensum, quem Syriasmus postulat, non obscure confirmet. Adspice modo distinctas, quae ibi recensentur, actiones. Primum excitat aquila nidum suum, i. e. pullos (quos per nidum hic intelligi facile largimur Bocharto, in Hieroz. P. II. L. II. c. III. p. m. 176. si quidem, plus simplice uice, continens pro contento metonymice adhibetur, docentibus id ipsum testimonii, hanc in rem Bocharto allatis, quibus addimus illud Virgilii L. XII. v. 475. ubi hirundo dicitur.

*Pabula parua legens nidisque loquacibus escas*)  
 vel uoce, vel gestibus quibuscumque aliis, inuitat, ut ad tegumenta alarum se recipiant. Quia inuitatione, sive excitatione facta, dein fit ille incubitus, quo pullos fouet, ab aeris inclemencia defendit, et a periculis immunes praestat. Quod si robustiores pulli facti, tum expandit alas, eos apprehendit, secumque in altum dicit. Dic, quid in hac expositione desiderandum? Sane quum DEVS cum aquila se comparans, intensissimum, quo gentem Iudaicam deperibat, amorem describere ita uoluit, quis crederet, actiones illum praecedentes, silentio prermisso, quas in aliis Sacrae Scripturae locis adeo sollicite genti immorigerae in memoriam reuocabat. Vid. Math. XXIII. 37. Ex quibus nunc relinquitur per מִרְחָפֶת intelligi incubitum, quem cum motu aliquo, sed leni, calorem non dissipante, sed conseruante, coniunctum esse, non inficior. Tu ergo, quae luculenta satis sunt, noli lacessere, nec rationem, quae ex accentibus contra expositionem Tuam allata est in medium, ride. Inanes Tibi dicuntur accentuum suppetiae, qui aliis magni sunt, ut nullam admittere interpretationem uelint, quae illis contrarietur. Sequioris nominas aeni inuentum, et tantum cantus moderamen, sed multa dicas, nihil probas. Nolo me in illam controversiam nunc immittere. Hoc saltem dico. Si sunt sequioris aei inuentum, et tantum cantus moderamen, unde, quae so Te, factum est, quod Iudeis adeo ignotus sit accentuum usus, ut nonnisi a Messia illum reuelari posse existimat? quis crederet, Iudeos, qui alias consuetudinum auitarum nimium quantum tenaces sunt, omissuros esse illius cantillationis in posteros quoque propagationem? Quid? quod si Tibi darem, additos fuisse ad cantus moderamen, non tamen illi ad nostras, quibus Musici utuntur, notas sunt exigendi, siquidem haec cantico, modis temperando, inseruiunt, accentus autem, quod avrofia docet, cum fundunt sensum, quem textus orationis, et regulae Hermeneuticas alias, requirunt. Ex quo nuper Io. Georgius

orgius Abichtius V. C. eruditus coniecit, accentuum officium non tantum in cantu moderando, sed et distinguendo sensu, constitisse. Taceo, quae non ita pridem celebrimus Hillerus, cui multa litterae debent Hebraeae, de Accentu, quem nominat, Figuratio commentatus est. Sed nec inanis est metus, sic pullos, quod contra Tuam explicationem porro afferebam, enecatum iri. Nam cum in uolatu alae debeant esse expansiones, et earum agitatione aer uerberari, non potest non aeris commotio, quam in uolando super pullis excitant aquilae, et sursum fieri, et deorsum. De loco Ier. XXIII. 9. non expono fuis. Potest idle ex iis, quae iam dicta sunt, satis explicari, si, quod negare non aedes, vox ἡγέρι ibi de misericordia, quae Vatem diuiniorum, ob poenas, populo infligendas, commouebat, ex Syriasm genio, accipiatur. Cetera, quae modo ὡς ἦν παρόδῳ monita sunt, ut uideres, quam multis modis argumentum retundi posset, per rationem illam non euertuntur, quod ἡγέρι semper mortum significet. Nam hoc est, de quo discepatur.

Reflat gyrus, cuius efficacia omnia, ex praedis posita materia, Tibi formata dicuntur. Monebam generatim, in explicatione creationis ita uersandum esse Philosopho, ut fidei aliquid relinquat. Hoc quidem admittis, putas tamen, hoc non obstante, et creationem, eiusque modum posse demonstrari, utpote quem diserte Moysis oratio pandit, et interpretatur, ut vel hinc luculentius fide percipiamus, mundum uerbo Dei paratum esse. Sed quid, Domine Pastor, relinquitur fidei, si modum illum speciale, quo DEVS in creatione cuiuslibet operis usus est, demonstres? Fides est τὸν μὴ βλεπούσαν. At si creatio ad eum olim facta est modum, quo nunc mundus conseruatur, nonne creatio erit ἐν τῷ βλεπούσαν? Gyrum namque, quem fingis, ex Tua ipsis sententia, quotidie intuemur. Nulla ergo locum in iis habet fides, quorum interior ratio intelligi, atque comprehendi ab intellectu potest. Loquor significanter, de ratione interiori. Ab hac enim sola dogmata habent, quod inter fidei articulos reputentur, et si aliquin e natura constant. Sic, ut similitudine res illustretur, ex natura homo perspectum habet, Deum esse unum etc. sed quae sit peculiaris, et interior existentiae, et unitatis ratio, id quidem ex eorum est numero, quae ratio ignorat. Quare et Hulsemannus, quem immerito hic castigauit Thomas Reinesius, non dubitauit negare, ex natura innotescere, Deum esse unum. Interim si unquam, hoc certe tempore, in id incumbere debemus, ut miracula, per quae ipse DEUS suam manifestare potentiam uoluit, facta, integraque, seruentur, quia illa est hominum maleferitorum indoles, ut, eleuatibus miraculis, Scripturae autoritatem, totamque religionem, quae istic quondam miraculis confirmata est concidant. At quam multum miraculis detrahatur, quando in ipsum,

quo facta sunt, modum inquirimus, id Bernardi Connoris Euangelium Medici loquatur.

*Speciatim* mox subiiciebam, creationem esse instantaneam, quae tamen per gyrum illum fieret successiva. Quod ex Cartesianorum, et Detle-  
ni Cluveri placitis, quorum illi, ad quodlibet opus, spatium XXIV. horarum integrum, hic autem totum annum requisuit, illustrabam. Quid uero Tu? *Ατοτον*, inquis, est dubitare, utrum spacio XXIV. horarum ad opus cuiuslibet diei fuerit adhibitum, quod expressissime isti dedicauit Moses. Sic iterum specimen nouatuentis ingenii prodis, ea approban-  
do, quae in Cartesianorum scitis, non Reformati tantum, sed et nostrates magno molimine reiecerunt. Nemo, quod ingenuo fateor, ex omnibus nostras Ecclesiae Theologis hoc dum mihi ianocuit, qui creationem ex praedisposita materia, ratione actus consideratam, successiuam dixisset. Vi-  
dent enim Deum, cuius imperio nihil se subtrahere potest, sed ad cuius nuntium omnia mox existunt, non indigere actione, adeo operosa, et suc-  
cessiva. Videtur hoc ex ipso naturae lumine intellexisse Aristoteles, quis iudice Philopono, L. I. de Gener. idcirco negauit τὸν Θεὸν ποιητὴν εἴ-  
ναι, ἢ ποιητὸν δίτοις τῇ κόσμῳ, quia propriον sit τὸ κατὰ ποιόν-  
τα μεταβάλλειν. Sed mittamus Aristotelem. Grauior est calculus, quo idem confirmat Diuinior Psaltes, Ps. XXX. c. 9. *Dixit et facta sunt*, quo mandauit, et existiterunt. Quae igitur nos necessitas cogit, ut cum ad eundem modum creationis actum describat Moses, disertam Scripturae literam deseramus. Semper namque Scriptura, quotiescumque istis loquendi formis uitur, actionem insinuat instantaneam. Quando Christus maledicit sicui, παραχέψα exaruit, Matth. XXI.  
39. 20. Quum audiretur ἐφθαθεῖ, aures ἐνθέως apertae sunt, Marc. VIII.  
34. 35. Quando paralyti laborans tollere iubet lectum, παραχέψα sur-  
gens, illum, inspectantibus omnibus, sustulit, Luc. V. 24. 25. Cum iubetas puella surgere, Spiritus reddit, eaque παραχέψα surgit, Luc. VIII. 54. 55. Quibus addatur Luc. XIII. 13. c. XVIII. 42. 43. Ioh. XI. 43. 44. ne de locis, in V. T. occurrentibus, aliquid dicam. Addis tamen pro Tua sententia rationem: *Creationem quidem eam, quae facta est ex nihilo, si-  
ss̄e instantaneam, at illam, quae ex praedisposita materia, fuisse succe-  
siuam, quod ex creatione herbarum probatur, quam terrae uiplastiae,  
ac plusiae uirtuti Moses vindicat, Gen. II. 5. 6.* Ast haec non nisi ex  
ψεudeuque illius loci dicuntur. Qui cum aliquam videatur habere ob-  
scuritatem, clarior erit ex sequentibus. I. Voces v. 5. שׁוֹר הַשְׁרָה בְּכָל עַבְדֵי כָּל  
non coniungendas sunt cum c. 4. et cum voce עֲשָׂוֹת עַשְׂתָּה ibi  
occurrente. Id enim saepe fieri apud Hebraeos solet, ut, versifico  
uistam quantitatem excedente, sub uno uerbo, ab initio uniuscuiusque com-  
matis reperiendo, plures nonnunquam uersiculos coniungant. Quam in

in rem uideri poterit i Reg. VIII. c. 40. 41. 42. 43. 44. ubi omnes uersiculis qui a particula וְנִ begin incipiunt, respectum habent ad וְיַ, quod c. 40. legitur. Quia ratione non וְלֹא וְ et particula וְ quod nonnullis, et in his Tibimetipsi, uidetur. II. Particula וְ in tali, qua hic ponitur constructione, excludit modo causas secundas, et fruticum, herbarumque, productionem immediate ad Deum, tanquam creatorum omnipotentem, refert. Sic DEVS se auditum promittit וְלֹא וְ antequam clamet Es. LXV. 24. Quo ipso indicat, se adeo sponte praestitum esse auxilium, ut etiam ante, quam sollicitatur, eorum misereri uelit, ne precibus ad id adductus uideatur. Quod ipsum inde confirmatur, quod וְלֹא semper, uel explicite, uel implicite, virtutem habeat, aliquid negandi. Pro uoco ad omnia, quorum in Codice Biblico exstant, exempla. Quando ergo Moses dicit, Deum fecisse omnem fruticem agri, antequam esset in terra, et omnem herbam agri, antequam progerminaret, sensus hic est, dum nondum terra, uirtute sibi insita, poterat producere fruticem agri, et dum nondum progerminabat, naturali modo, uilla herba agiti, Deus omnipotens sua uia haec omnia produxit, perinde uti produxit coelum, et terram. III. Huius sui asserti rationem nunc sumit ex defectu pluiae, et culturae. Et quid multa? Si ex uerbis illis, nondum pluerat, sequeretur, herbas illas uirtute pluviarum demum fuisse exclusas, dicendum pariter foret, ne quidem ante hominis creationem illas exstitisse. Quod quam falsum sit, ex c. I. 19. constat. Haec si mihi non credas, Clerici tamen, cuius Te profiteris admiratorem, aliquid dabis auctoritati. Ille ad h. l. p. 17. In usitate, inquit, modo plantas primum ortas esse, inde apparet, quod neque pluia, neque labore hominum crevissent. IV. Atque his conuenienter nanc debet explicari com. 6. Nam cum ex illis certum sit, DEVUM immediate, absque concursu causarum secundarum, condidisse frutices, et herbas, non potest in hoc uersu, absque insigni contradictione, vaporum considerare, tanquam qui antecedenter se habuerit ad creationem plantarum. Vult ergo Moses indicare, DEum per vapores plantas, a se conditas, tantum conseruasse, donec condito sole, pluiam immittere terrae posset. Ita omnia sunt clara, nec opus est, ut uel cum Noldio ellipsis particulae וְ נִ admittamus, uel cum Florentio de Bruin, in Tr. de Emend. Tempor. Hebr. Anom. p. 47. vocem וְ נִ ad c. 4., uti in antecedentibus factum est, referamus. Quae expositio nimis coacta esse uidetur. Nam ne de eo dicam, quod aegre cum illa concilietur hypothesi, quam in toto libro propagandam sumpsit, quodque ellipsis pronominis וְ נִ, absque sonica causa singat, uero, an וְיַ commode de uapore dici possit, eo in significatu, quo de coelo et terra, rebusque aliis, a DEO, creatis, usurpatur. Haec enim tanquam substantiae terminant creatio-

nis actum, cum vapor tantum meteorum sit, et opus Φυσιγγιον, quod, caussis, et requisitis, in actu positis, non potest non effici.

Vnicum, quod pro gyro affers, argumentum, concludit a mundo condito ad mundum demum condendum, cum idem hic, quem modo intuemur, mundus primitus conditus sit, et quas in isto deprehendimus uicissitudines, primaevae creationi acceptas ferendas esse, sic in propatulo. Ast consecutionem hic desidero. Nam quamvis unus idemque sit mundus, tamen non possum inde unum, eundemque operandi modum euincere. In mundo condendo DEVS potentia usus est *absoluta*, quia causae nondum in actu erant positae. In mundo conservando potentia utitur *ordinata*, agitque iuxta illum, quem semel instituit, ordinem et cursum. Vnde, quia DEVS ordinata hac potentia in posterum agere uolebat, omnino *nicissimae* dines illae, quas in mundo deprehendimus, primaevae creationi ferendae sunt acceptae. Sed quid haec ad rem magnopere faciunt? Quietem DEI de cessatione exponis, qua nouas DEVS creaturas desit condere. Nec illi interpretationi repugno, si modo istiusmodi intelligatur quies, quaerat quis quiescit ab opere, in quo perficiendo occupatus ante fuit. Nam id Φράτης, qua Moses hic utitur, luculenter satis indicat, cui add. Ex.XXIII. 12. Iob. XXII. 1. Iam ipse confides, uelim, quomodo DEVS, die demum septimo, dici potest quievisse, si iam primo die rudi gyrum massae impressit, cuius efficacia omnia in ordinem fuere disposita? Sic sane DEVS ad opera secundi, et reliquorum dierum, nihil magis contulit, quam nunc confert. Atque sic creatio illa proprie talis non fuit, aut DEVS adhuc eo creat modo, quo antea res omnes creauit. Alterutrum horum necessum habes confiteri. Cui tamen dubio ut occurras, concedis quidem creationem, in sensu Mosis, proprietalem, quam cum distinctiones scholarum uarie alterarent, talem dicendam esse putas, qualem praemissa Mosis in Commentario explicatae admittunt. Verba das, Wittere! Quid est creatio, in sensu Mosis, proprie talis? Non video, quomodo illam distinguere a conservatione, salua Tua sententia, possis. Nam si influxum dicat, aut concursum, cum caussis secundis, qualem ille gyrus insinuare uidetur, ergo adhuc hodie datur creatio, in sensu Mosis, proprie talis. Quod si hoc non sit, res diuersas confundere? nescio quid sit confundere. Distinctiones Scholarum creationem alterasse, dicas quidem, non probas. Intelligis haud dubio distinctionem, inter creationem *immediatam* et *mediatam*, quarum illa, creatio in Scholis dicitur *ex nihilo negatio*, baec *ex nihilo priuatione*. Sed tantum abest, ut haec creationem alterent, ut potius distinctione rem proponant, totumque creationis opus solius DEI potentissimae uirtuti uindicent. Habebat enim rudit illa, atque indigesta moles, mere sece passus, quod contra Cartesium, cum quo nescio, an sa-

pere

pere uelis supra id, quod scriptum est, docent Theologi. At quomodo consistunt passiue se habere, et tamen effectiue ad producendum aliquod opus concurrere?

Sed mitto haec, et ad finem propero, ubi ostendere conaris, nihil habere Tuam sententiam, quod in Prouidentiam Diuinam sit iniurium. Ast si mundus, quem solis naturae viribus, et gyri efficacia, conditum statuis, ad eum quoque modum conseruetur, nonne DEVS otiosum tantum spectatorem agit? Attende modo ad horologium, et clarum erit, quomodo, ad euertendam Diuini Numinis prouidentiam, illa hypothesis faciat. Nec dubium mihi est, quin ea Epicuraeos in illam sententiam perduxerit. Quia in re Epicurorum me confirmat de motu opinio, quam ex Stanleio, Viro in hoc eruditionis genere exercitatisimo, exhibui. Non enim video, quid in re ipsa inter utramque sententiam sit discriminis, quod forsitan in quibusdam circumstantiis dari potest. Vtraque statuit, mundum habuisse initium, illumque per motum in eum, quem nunc habet, ordinem esse redactum. Illud, nam de postremo res extra dubium est, clarissimis verbis confirmat Lactantius L.VIII. c. I. *Vnus*, inquiens, *Epicurus, auctore Democrito, ueridicus in hac re fuit, qui ait, et ortum aliquando fuisse (mundum) et aliquando esse peritum.* Tibi quidem Epicurus negasse dicitur DEVM, *Tē DEVM Creatorem huius uniuersitati deuote, ac religiose colente, indeque colligis, nullum Epicuraeisini metum admittendum.* Verum illud Tibi nec Gassendus, nec alii concederint, Numinis alicuius existentiam ab Epicuro esse negatam. Quid? quod, Cicerone teste, L. I. de Nat. Deor. *solis Epicurus uidit, primum esse DEOS, quod in omnibus animis eorum notionem impressiſſer ipsa natura.* DEVM igitur existere, confessus est, at hunc DEVM in mundi occupari conseruatione ideo inficiatus est, quod *ex circumplexibus circumvoluentium atomorum, quos in creatione factos fuisse putabat, ea in creatis corporibus facta fuerit necessitas, qua tali modo mouerentur.* Atque sic prouidentiam fore superuacaneam haud dubie duxit. Quicquid tamen ea de re sit, non quaeritur, quid Tu sentias, aut credas? Sed quales ex sententia, quam fous, deduci conclusiones possint? Negabat quondam Flacius, se esse Manichaeum, interim tamen non omnem Manichaeisini metum abiiciebat Theologi. Iterum hic *quietem diuinam* in subsidium uocas, quae tamen nihil aliud dicit, quam quod DEVS desiderit a creandis nouis creaturis, in quarum ante creatione occupatus fuit. Ast ex Tua sententia mundus solis naturae conferuatur viribus, postquam semel virtutem illam rebus, a se creatis, DEVS indidit. Num uero prouidentiae indoles diuinae ita rite, recteque, exhaustiatur, id edoceri a Theologis, si tanti Tibi uideantur, poteris.

Atque

\* \*


Atque haec sunt, Reuerende Pastor, quod ad insicetum, quod inscribere mihi uoluisti, epistolium respondere debui. In Epilogō ueterem sumis personam, et non modo cum insigni mentis *apposita* consueta i.e. bruta uibras fulmina, sed et *φιλαυτία*, et animum, tumidum, et arrogantem, prodis. Par Tibi pluribus uideris. Quod alii ridebunt, qui facile ex Epistola Tua intelligent, quam insigniter, compilatam, hinc, illincue Commentationem vindicare ab exceptionibus potueris. Et tamen cum *luna* Te confers, *quae canum latratibus non mouetur*. Non inuideo eam Tibi comparationem, nam nullo ea gaudet, quod ipse profiteris, lumine, aut splendore, nisi mutuatatio tantum. Interim quum primum litteras Tuas perlegerem, peropportune, in mente mili uenit uectusior illa *παρούσια*, quam de canibus, uchementissime latrantibus, dixerunt. An ea in Te quadret? alii iudicent, nec enim hic mihi sumo iudicium. Atque haec etiam est cauilla, quam obrem generoso contemptu *latratus tuos*, aut, si maius, *boatus* contempnam, quibus nec unquam aliquid reposuisse, nisi, aliis ita suadentibus, Tua reprimenda iactantia fuisse. Tu ergo cautius in posterum mercari disce, et si qua minus grata hic forsan legeris, recordare quoquo disti, quo suos Comicus obtrectatores dimittebat:

- - Qui dictum in se inclementius  
Existimauit esse, sic existimet  
Responsum, non dictum esse.

Nec enim credo, tanta Te laborare memoriae imbecillitate, ut uoces Tuas obliuioni, qua quidem dignissimae erant, dederis. Ita Te DEVS seruet, pectusque Tuum uirtutibus, Pastori Lutherano debitum, sincero puta in orthodoxiam amore, humilitateque, a qua nimium quantum remotus es, imbiuat, ne nimium sapias, et alias contemnas. Quod utrumque fiet, si animum modo ab innouandi studio paulisper renocaueris. Vale.

Scribebam Vitebergae Saxonum, ipsis Non. Decembr.

A. Q. R. c. Icc XII.



Aug VI 15



Sb.

Rho  
VD 77  
KD 18  
E





M. IO. HERMANNI AB ELSWICH  
Ord. Phil. in Acad. Viteb. Asses. et S. Theol. Cand.

23

# EPISTOLA APOLOGETICA

ac

HENNING. BERNHARDVM VVITTERVM  
Pastorem Hildesiensem

In qua

OBSERVATIONES PHILOLOGICÆ  
antehac editæ

*A Criminationibus eius et Cauillationibus  
uindicantur.*



VITEMBERGAE  
APVD JO. LVDOV. MEISELIVM  
M DCC XIII.